



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion, Sive Manuale Confessariorum Et Poenitentium

Azpilcueta, Martín de

Antverpiæ, 1625

De primo præcepto Decalogi, De colendo Deo. cap. 11.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41661

ea de quibus dubitat, an commiserit nec ne, cōfiteatur tanquā dubia, & non tanquā certa, & indubitanter commissa referantur, neque etiam tāquam non admissa relinquuntur, & deniq; talem se ore & lingua manifestet exterius, qualem se in corde agnoscit interius, in hūc modū seipsum incutans: Videor mihi in hoc, vel illud peccatum consensisse, arqui non sum omnino certus. Id quod etiā facere debet, si dubitat circa aliquod peccatū, an sit mortale vel veniale. Ceterū si ambo dubitauerint, tunc pœnitens sub conditione peccatum in hunc modum detestetur: Si hoc est mortale, me pœnitet de illo tanquā de mortali. Similiter si de aliquo aſu dubitaret, an bonus esset aut malus, sub eadem conditione ipsum detestetur, scilicet: Si & quatenus est malus; quoniam si bonus est, nullo pacto eū detestari debet. *d* Si vero recordatur se lethale crimen admisisse, nō tamen occurrit in specie, quod fuerit, tūc fateatur se deliquisse mortaliter, etiam si de eo in specie memoriam non habeat. *a*

3 *Nono*, postquā pœnitens explicauit quidquid circa sua peccata dicendum recordatur, si sacerdoti visum fuerit illum non absolute & perfecte illa manifestasse, vt non raro contingit, debet tūc sacerdos ipsum interrogare circa id quod sibi necessarium videbitur, à decem p̄ceptis Decalogi initium faciendo.

Circa quod raro, vt puto, mortaliter peccat confessarius, nisi cum principaliter acceptat officium audiendi confessiones ob lucrum, fauorem, curiositatē, vel carnalem voluptatem. Dixi. *Principaliter*; quia qui minus principaliter tria p̄dicta horum quereret, non peccaret, etiam si non acceptaret illud officium, nisi aliquod eorum respiceret, tanquam causam sine qua id non faceret. *b*

d Ioss. Mart. in 4. li. ten. dist. 17. q. 3.

a Ibid. Maior vbi supra.

b Peres qui sacris tradidimus in comment. e. cum ministro 23. qu. 5.

De primo p̄cepto Decalogi, nempe de colendo Deo, & alijs duobus p̄ceptis, scilicet de diligendo Deum, & credendo in eum.

C A P V T X I.

- 1 *Symbolum Apostolorum est summa Christianis credendorum.*
- 1 *Oratio Dominica continet summam à Deo petendorum.*
- 1 *Decalogus continet summam eorum, quæ agere & vitare tenemur.*
- 2 *Decalogus etiam nunc durat, & est speculum baptizati. 3.*
- 4 *P̄cepti transgressio omnis mortalis, nisi. &c.*
- 4 *P̄ceptorum multorum transgressio quæ vnicum peccatum.*
- 5 *P̄ceptum de diligendo Deum supra omnia, & proximum sicut seipsum, cur non sit de decem Decalogi.*

c In princ. p̄f. 4. & 2. 2. q. 3. ar. 9. *d* In Enchir. Christianæ institutionis in princ.

Circa hoc dicimus primo cum S. Thoma & Concil. Coloniensi, *d* quod quemadmodum summa omnium, quæ quilibet Christianus tenetur credere, in Symbolo Apostolorum

I com-

e Exod. 20.

f Ca. 1. par. 7.
fi. de lum.
Trinit. & fide
Carh. & ci. fi
dominum de
rel. & vener.
fen.
2 Eod. c. a. 6.
b Parag. fin. 6
di. & c. 1. de
purifi. post
par.
c In di. par. 7.
fi.
d 1. 2. q. 10. a.
ar. 4. & omnes
alios in 3. l.
fen. d. 17.

e Mat. 9. & 12

f 1. 2. qu. 87.
art. 5. & c. &
2. 1. q. 66. ar. 4.
& q. 59. ar. 4.
g In repet. c.
inter verb. 11
qu. 3.
h 2. par. tit. 4.
c. 5. par. 7. &
2. & Adri.
quolib. 2.
comm. recep.
i August. ser.
44. de sanctis
sue 4. in die
anim. rum.
i In par. 7.
fin. c. vnum,
25. di.
k In 3. l. sen.
di. 37. q. 14.

comprehenditur, & in oratione dominica, omnium que à Deo petenda sunt, ita in Decalogo, que Deus per manus magni illius serui sui Moysis electæ plebi suæ tradidit & summa omnium, que facienda sunt, exprimitur. Noluerunt tamen hi patres innuere, nihil, quod non contineatur in symbolo, esse necessario credendum: neq; quidquam, quod non comprehendatur in Decalogo, esse faciendum: siquidem omnes tenemur credere mysterium sanctissimæ Eucharistiæ, quod tamen non continetur in symbolo. Omnes item obligamur Deum diligere super omne aliud, quod tamen in Decalogo non habetur, vt dicitur infra. **2** Secundo dicimus quod Decalogus, siue decem precepta legis antiquæ, adhuc in noua & Evangelica perseuerat: quoniam licet verus illa lex quantum ad ceremonialia & iudicialia expirauerit, non tamen quoad moralia, que pertinent ad legem naturæ, cuiusmodi sunt decem precepta, excepto tertio, quantum ad Sabbati obseruationem, secundum Gratianum c. & S. Thom. **3** Tertio dicimus, quod hæc decem precepta, vt recte dicitur in dicto Colonienfi Concilio, sunt veluti quoddam speculum, quod traditur baptizato, vt intueatur, quantum per fidem acceptam vitam suam renouauerit, & ordinauerit: vel quantum à via ille declinauerit, per quam Spiritus sanctus in Baptismo acceptus ipsum deducebat: & qua in re, vel quantum candidam illam vestem, quam ibi induerat, transgrediendo quod ibi promiserat, maculauerit: & vt postquam maculas & vulnera probe conspexerit, de illis doleat, & cum integra fiducia redeat ad medicum, qui nullum ægrotum (etiam in eundem motuum sapissime relapsum) à se repellit, & reijcit. **4**

Quarto dicimus, quod quicquid est contra aliquod ex decem preceptis regulariter est mortale, nisi vna ex tribus causis ipsi excusauerit. *Prima* est defectus deliberationis, vt contingit in aecidia siue tædio circa spiritualia subito nos surripiente. *Secunda* est paruitas, siue exiguitas rei in his que sunt contra ipsa precepta: cuiusmodi est paruus & exiguum furtum, iuxta S. Th. f & nos latius tradidimus g post S. Antoninum, h & vt colligitur ex quadam Augustini sententia à Gratiano relata, i ibi: *Ebrietas si assidua sit, & ibi, Si plus proximum exasperauerit.* *Tertia* est defectus iudicij sufficientis, qui contingit in semidormientibus, aut semiebrijs, vel adeo perturbatis, quod quamuis tale iudicium ad peccatum veniale sufficiat, tamen ad completam rationem mortalis non sufficit, iuxta Ioan. Maiorem. **k**

Quinto dicimus, quod peccatum commissum contra plura precepta, quorum vnum est generale, alterum speciale in generali comprehensum, non est nisi vnum: exempli causa: Homicidium est contra preceptum speciale de non occidendo, & contra generale de obsequendo & obediendo Deo in omnibus que precepit, & contra preceptum de gratia & amore diuino conseruandis: non est tamen nisi vnicum peccatum, sicut tactum est,

est, cum de ci
Ex quo col
propositæ. An
quatuor temp
concurrat ali
Fraticanus,
incidit, satis
se Missam in v
dendum enim
duobus diu
dicta supra. a
quuntur com
la gubernatio
drum Alësem
peccat mortal
ad facere, aut
modorum, qu
5 Sexto dicim
nia, & proxim
quod docuit S
minibus tradit
natura magist
& origo Decal
existunt, neq;
ta, que difficil
cerpūtur, sed
Vnde infertur
decalogo, sed p
adnotarunt, &
nus. i Et conse
ceptū esse de c
tra textum ipsi
Non habebis De
superstitionis
nis, & latria, p
logica, sed mo
mentio de dil
charitatis, m
preceptum de
dem ratione;

De pra

6 Precepta de d
Decalogi, &
a 1 Precepti tra

est, cum de circumstantijs necessario confitendis ageremus.

In 5. 6. 2.

Ex quo colligitur responsio illius quæstionis nuper nobis propositæ: An qui non ieiunat vigiliam S. Matthæi, quando in quatuor tempora incidit, aut Missam in die Dominico, cū quo concorrit aliud festum obseruandum, non audit; aut monachus Frâciscanus, qui non ieiunat die Veneris, in quo aliqua vigilia incidit, satis facit confitendo, se non ieiunasse, aut non audiuisse Missam in vno die, in quo ad id præcepto tenebatur? Respon- dendum enim est, quod non, quia dicere debet, se eo die ad id duobus diuersis præceptis specialibus obligatum fuisse, per dicta supra. a Quamquam qui vnum peccatum, ex quo alia sequuntur committit, vt qui aliquem indignū eligit, ex quo mala gubernationes oriuntur, non nisi vnū peccat, secundū Alexā- drum Alësem, b & sentit S. Bonauent. c Quod autem non solū peccat mortaliter qui facit opus, sed etiam qui vult deliberate id facere, aut delectatur in eo, & qui consentit aliquo nouem modorum, qui explicantur infra, d traditur infra e

a In præsul. 9. nu. 20.

b 2. 2. 2. do accep. pers. c In 4. l. sen. di 38. super litera Magid stri, q. 2. d Num. 12. e Nu. 2. 150 f 1. 2. q. 1000

5 Sexto dicimus, quod præcepta de diligendo Deum super omnia, & proximū sicut seipsum, non numerantur inter ista decē; quod docuit S. Tho. f quoniam in Decalogo non fuerunt hominibus tradita prima principia, quæ vnusquisq; per seipsum natura magistra, vel per fidē intelligit, qualia sūt hec, quæ fons & origo Decalogi, & decem præceptorum in eo contentorum existunt, neq; etiam in eodem Decalogo traduntur ea præcepta, quæ difficile, vel per maximā indutriam ingenij ex his decerpuntur, sed tantū illa quæ ab omnibus possunt facile deduci. Vnde infertur, præcepta de fide & charitatē non contineri in decalogo, sed præsupponi ad illū, quod multi graues doctores adnotarunt, & præsertim S. Tho. g Caietanus, h & S. Antoni- nus. i Et consequenter errant, qui dicunt primū decalogi præceptū esse de diligendo Deo: est enim contra prædicta, & con- tra textum ipsius decalogi. k Cuius primū præceptū est illud, Non habebis Deos alienos corā me: quibus verbis solum peccatum superstitionis & idololatriæ, quæ sunt contraria virtuti religio- nis, & latriæ, prohibentur. Quæ quidem virtus non est Theo- logica, sed moralis secundum S. Th. receptum; l & nulla ibi fit mentio de dilectione Dei & proximi, quæ pertinet ad virtutem charitatis, m quæ Theologica est. n Errant etiam, qui putant præceptum de credendo in Deum, esse primum decalogi ea- dem ratione; cum fides sit virtus Theologica, & non moralis.

g 2. 2. q. 704. ar. 4. h 2. 2. q. 44. ar. 4. & q. 79. ar. 2. i 2. 2. q. 54. ar. 8. k 4. par. tit. 4. c. 1. par. 1. l Exod. 20.

m 2. 2. q. 27. ar. 1. n 1. 4. q. 62. & 2. 2. q. 23. ar. 6.

De præcepto de diligendo Deum, quod non est Decalogi.

6 Præcepta de diligendo Deum & proximum maiora omnibus præceptis Decalogi, & quando adimplenda, nu. 7. 8. 9. & 10.

11 Præcepti transgressio etiam mentalis tantum, quæ moralis, & n. 12.



132 De precepto de diligendo Deum.

12 Delectatio que morosa, & concurrenibus quatuor mortalibus, & 13.

14 Delectationi mala resistere virtus, consentire peccatum, & 15.

16 Censura non incurritur per solum consensum.

16 Restituendi obligatio non contrahitur solo consensu.

17 Precepta Dei impleri posse in statu malo, in quo sensu est de fide.

6 **S**extimo, quod necessarium videtur hic tractare de precepto amandi Deum, & credendi in eum, quæ duo hoc preceptum primum, & omnia alia Decalogi præsupponunt, ut satisfiat his, qui peccata, quæ fiunt contra hæc duo præcepta, redeunt ad primum Decalogi. Et ita primo ponemus ea quæ pertinent ad præceptum de amando Deum. Secundo, ea quæ pertinent ad præceptum de credendo in eum. Tertio, ea quæ pertinent ad præceptum de colendo illum, quod vere & proprie est primum præceptum Decalogi.

Circa quod dicimus primo, quod hoc præceptum de amando Deum, non est quidem primum Decalogi, sed maximum omnium preceptorum tam Decalogi, quàm aliorum, iuxta Domini nostri Iesu Christi doctrinam, & quæ diversis verbis habetur in Scriptura. Nam in Deuter. b sic habetur. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Et in Euang. Matt. c sic: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.* Et apud Mar. d sic: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua.* Apud Luc. vero: e *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua.* Omnes tamē in sensu conveniunt, & in summa hoc sibi volunt, Deum præcipere, ut eum plene & integre diligamus, non quidem quoad hanc vitam, eo modo, ut omnibus horis & momentis id actu faciamus: hoc enim fieri non potest in ea, in qua cibo, sono, labore, & negotijs necessarijs id interrumpitur, sed ut explicat S. Tho. f ut scilicet in omnibus tota intentione nostrâ, quæ per cor exprimitur, in eius amore & obsequium dirigamus, totumque nostrum intellectum (qui per mentem significatur) illi subijciamus, omnesque appetitus (qui per animam notantur) ad normam suam sanctissime legis componamus, & denique omnia nostra opera exteriora, quæ nomine fortitudinis, virtutis, & virium significantur, eidem conformemus. In summa vero hoc totum nihil aliud significat, quàm Deum nobis præcipere, ut se propter seipsum, & magis quam cetera omnia diligamus, eidemque inferuiamus tam interiori, quam exteriori obsequio: magis, inquam, non quoad intensionem & fervorem, sed quoad æstimationem & appretiationem, ut explicuimus a post S. Th. b & alios Neotricos, inter quos est Ioa. Maior. c Hoc est, ut Deum, cuiusque amorem plura, quam aliquam creaturam, imo & quæ vniuersas æstimemus & faciamus, & propter amorem eius potius eligamus mortem oppetere, quam ipsum vel corde, vel verbo, vel opere mortaliter peccando, negare.

a Matt. 22.

b Cap. 6.

c Cap. 23.

d Cap. 12.

e Cap. 10.

f 2. 2. q. 44. art. 3.

a In addita. e. quando, de consec. di. 1. & sup. cap. 1. nu. 2.
b 1. 2. q. 109. art. 3. & 1. 2. q. 121. art. 3.
c In 1. di. 1. q. 2. & in 4. dist. 24. q. 1. Caic.
d 2. 2. q. 99. art. 4.

7 Secundo dicitur de Deo super in statu gratie esse S. Thomam virtute natura cipere, imo lem, & fine lem diligere omnia sine gmet S. Thomam ceptum dilige quoad meritum dicta prior e g quæ distinct

Tertio dicitur etata, quam ne teneamur ad h peccati mortu test: nam perfe & S. Tho. h D firmatiuum p cunque temp fieri debeat. quo recedit A teneri ad illud cessario conclu quam illis die tali amore act nis accusant, E tium, non ob quam semel in Denique, quo dicit aliquado rius in quocur phemum, & S statu gratie, tu baptismi, & id necessarium ta dum poeniten attitio, que ne sic, secundum i que, quoties i teneri ad illud ne efficaci eui 8 Quarto dicit quidē consiliu quotiescunqu

7 Secundo

7 *Secundo* dicimus, quod hoc magnum præceptum de diligendo Deo super alia omnia, post peccatum Adæ non potest nisi in statu gratiæ adimpleri, secundum aliquos, inter quos videtur esse S. Thomas. *d* Contra quod tamen facit, quod homo sola virtute naturali, etiam existens in peccato mortali, potest concipere, imo concipit partim Deum esse super omnia diligibilem, & finem omnium ultimum, & consequenter eum ut talem diligere potest. Deinde, quod datur dilectio Dei super omnia sine gratia, ut probat Caietanus. *e* Præterea, quod ipsemet S. Thomas affirmat, posse quem sine gratia implere præceptum diligendi Deum, quoad substantiam actus, licet non quoad meritum beatitudinis, quoad quod potest intelligi prædicta prior eius opinio, quod satis sentit concordia S. Thomæ, quæ distinctio fit etiam in alijs præceptis infra. *h*

Tertio dicimus, quod est questio difficilis, non tam bene tractata, quam necessaria & quotidie occurrens, videlicet, quando teneamur ad hoc præceptum actu adimplendū sub pœna novi peccati mortalis, eo modo, quo in hac misera vita expleri potest: nam perfecte non nisi in alia adimpletur secundum Aug. & S. Tho. *k* Difficultatem enim ingerit, primum, quod sit affirmativum præceptum, & cōsequenter non obligat pro quocunque tempore, *l* & non videtur præfinitum tempus quo id fieri debeat. Deinde, quod dura videtur Scoti sententia, *m* a quo recedit Adrianus, *n* nempe, nos omnibus festivijs diebus teneri ad illud, quia nullus est textus, nec vlla ratio, quæ id necessario concludat, & ita non videtur asserendum: *b* nā Missa, quam illis diebus præcipimur audire, *c* recte audiri potest sine tali amore actu concepto, unde rari, vel nulli se huius omissionis accusant. Præterea, quod nimis laxa videtur opinio dicentium, non obligari nos ad implendum illud præceptū amplius, quam semel in vita, quod meo iudicio Sotus *d* recte confutat. Denique, quod dicta Soti non videntur satisfacere, tum quia dicit aliquando non obligari nos amplius, quam ad opus exterius in quocumque statu exhibitum, puta ad increpandū blasphemum, & S. Tho. *e* dicit hoc præceptum non impleri, nisi in statu gratiæ, tum quod idem Sotus strenue obligare pro tēpore baptismi, & idem *g* docuit, ad recipiendum baptismū non esse necessarium tantum efficere, quantum requiritur ad recipiendum pœnitentiæ sacramentum, quoniam ad hoc non sufficit contritio, quæ nescitur non esse contritio: ad Baptismum autem sic, secundum ipsum: tum etiam quia idem affirmat, vnumquēque, quoties insigne aliquod beneficium à Deo consequitur, teneri ad illud explendum, quod tamen nulla lege, neq; ratione efficaci evinci posse videtur, & ita non est asserendum. *h*

8 *Quarto* dicimus (salvo tamen meliori iudicio) sanctissimum quidē consilium esse, ut non solū diebus festivijs, verum etiam quotiescunque commode poterimus, nitamur implere prædictum

d 1. 2. q. 100.
ar. 1. 0. & 2. 2.
q. 40. ar. 1. &
6. & melius,
q. 109. ar. 3.
e 1. Tom. Opuscul. Opus
4. qu. 1.
f In 2. l. sententia. 28. q. 2.
ar. 4.
g 1548.
h Hoc cod.
ca. num. 19.
i In l. de peccatis. iustic. in
responsione
ratiocina. 16.
k 2. 2. qu. 44.
ar. 6. & in 3.
li. sent. di. 27.
q. 3. ar. 4.
l 15. Th. 2. 2. q.
33. ar. 2. & Ar.
chid. in ca. si
peccaverit 2.
q. 1. & in sum.
de pœn. di. 5.
ab omnibus
recepta.
m Dico h. 3.
sen. d. 17. q. 7.
a Quest. 4. de
confess.
b Ca. confu.
luti, 2. q. 5.
parag. conf.
deremus
Anth. de
trient. & se.
mis. colla. 3.
c Per ca. mis.
sas, de con.
secr. di. 1.
d Lib. 2. de
iust. & iure,
q. 3. ar. 10. &
l. de natur. &
grat. cap. 19.
e Vbi supra,
f Vbi supra,
g Lib. 2. de
nat. & grat.
ca. 15.

h Tuxta dē.
cum ca. cons.
solutis.

Etum mandatum, præmissa (si opus fuerit) debita nostrorum criminum detestatione; sed non præceptū, quod nos sub reatu nouę culpæ mortalis obliget, nisi *primo*, cum ad vsum rationis peruenimus, & iam habemus vel habere debemus cognitionem referendi & dirigendi nos ipsos, nostraque omnia opera in Deum ipsum, tanquam in nostrum vltimum finem, saltem in confuso, & eo modo, quo id pueri præstare possunt, vt sensit

Et. 2. q. 29. a. 6.

Et. 2. q. 29. a. 5.

Intra di. in
ca. n. 17.
in In dicto
ca. 6.
a. Vt ibid.

a. Præcitato
I. 1. de nat. &
gra. ca. 11.
b. Dist. 11. 2. de
natur. & gra.
ca. 1. 5.
c. In dicto ca. 1.
q. 37.

subtiliter S. Thom. i. quem (licet in alium finem) retulimus in Enchirid. de Oracione. k

Secundo, cum tenemur ad habendam contritionem de peccatis mortalibus, l vt explicuit Caiet. m quoniam contritio sine hoc amore haberi non potest. n Non tamen ad id tenemur, quoties ministramus, vel accipimus sacramenta; quoniã sufficit nobis habere tunc gratiã, vel charitatem habitualem, quãuis non habeamus amorem præfatum actuaalem; quia non tenemur tunc habere contritionem: nam sufficit habuisse antea, & non perdidisse gratiam habituaalem. Ex quo sequitur, non esse necessarium hunc amorem actuaalem, quando Baptismus est ab adulto recipiendus, licet illud dicat Sotus. a

9 Contra quem facit, quod ipsemet b asseruit, ad Baptismum non esse necessariam contritionem, sed satis esse attritionem, etiam illam, quæ scitur non esse contritio, licet id nobis non videatur verum, per ea quæ c diximus. Facit etiam contra eundem, quod eadem ratione teneremur implere hoc mandatū, quotiescunque aliquod sacramentum recipimus, & consequenter eum contrahimus matrimonium, quod falsum est. Satis enim est, vt non simus in peccato mortali, aut probabiliter id credamus, quamuis huiusmodi adeo excelsum amorem actuaalem animo non concipiamus. Facit item, quod nullus peccati mortalis reum diceret esse illum, qui octo dies ante Baptismum rectam contritionem de peccatis concipiens, & seipsum probabiliter constituens in statu gratiæ, postea ante noui peccati mortalis admissionem sine hoc amore actuali Baptismum susceperet: quare hic tertius casus est restringendus ad eos, qui ante Baptismum non habuerunt contritionem.

Tertio, quotiescunque tenemur proximum ex charitate diligere; nam tunc pariter eodem amore Deū diligere tenemur; siquidem hi duo amores sunt eiusdem generis & naturæ, & in amore proximi amor Dei tanquam finis includitur, vt colligitur ex utroque Thoma, d vt infra e dicemus.

10 Quibus addo *primo*, cum qui diligit Deū, probabiliter credens se esse in statu gratiæ, subindeq; suum amorem esse amorem Dei super omne aliud, quãuis in rei veritate non sit huiusmodi, neq; sit in eodē statu, nihilominus tamen adimplere hoc præceptū, quoad effectū euitandi nouum peccatum, quod admitteretur ob omissionē implementi eius, quoniã sine speciali reuelacione scire nõ potest quis, quãdo est in statu gratiæ, vt

definit

d. 1. q. 44.
ar. 2. q. 2.
qu. 25. ar. 1.
e. Ca. 14. n. 4.

f. Eccl. 9. &
Iob 9. relati
in ca. 110. de
purgat. cano.
& tradit S.
Tho. 1. 2. q.
112. art. 3.

definit Conco
re, quando h
Addo *secun*
hoc supremū
illum amorē
cipaliter tam
hoc eodē an
ad præfatu
prū ad id nõ
tur h ibi: Vt p
patriam, reg
mos, in quib
gem, parente
aliquo bono
dictus Sotus,
norari, tunc t
ralis boni, qu
tumeliosus e
esse Cõcil. La
re, quod amo
gatur, & quo
Tho. respon
minus quam
eum absolute
est malum, v
diana, & paru
11 Quinto di
gressio præce
transgrediens
& (quod mai
& expressa de
ciat, nec prop
lius, qui de a
desiderio id h
eat ei aliqua
cõsensu, & v
thalis. Quæ p
gitur ex B. A
B. Antonino.
clarius & cop
mus, consen
vocat, ipsius
12 At vero
morosam del
non positiuu
le, quando q
delectatio, si

definit Conc. Trid. g Et ita nisi hoc teneamus, nequiremus scire, quando hoc præceptum impleverimus.

Ad do secundo, quod posset (nostro iudicio) affirmari, quod hoc supremum mandatum, licet præcipue & principaliter excelsum illum amorẽ a charitate profectum nobis præcipiat, minus principaliter tamen, etiã obligat aliquando ad diligendum Deum hoc eodẽ amore, vel alio bono & naturali, non obligando nos ad præfatum sublimem charitatis, vel saltem, quãvis hoc præceptum ad id nõ obliget, obligat tamẽ nos lex naturæ, quæ habetur h ibi: *Vt patriæ, parentibusq; pareamus: i* quæ satis iubet amare patriam, reges, parentes & dominos, quin etiam omnes proximos, in quibuldã casibus, & etiam Deum ipsum, tanquam Regem, parentem, dominum, gubernatorem, & protectorem, saltem aliquo bono amore naturali, & propterea, vt docuit bene prædictus Sotus, a quando Deum audimus blasphemari, aut in honorari, tunc tenemur ad actum diuini amoris, saltem vt naturalis boni, quo impulsi, eum, qui in Deum blasphemus, vel contumeliosus extiterit, increpemus. Quod quidem ita faciendum esse Cõcil. Lateranen. b in specie præcepit. Nec obstat his dicere, quod amor Dei debet esse talis, quo ille super omnia diligatur, & quod nisi talis sit, non est bonus, vt videtur sentire S. Tho. c respondetur etenim, quod licet diligere Deum cõparari minus quam illum, vel æque ac illum, sit malum, diligere tamẽ eum absolute æque, vel minus absque vlla comparatione, non est malum, vt alij dicunt, quæ quidem omnia tanquam quotidiana, & parum specificata debita correctioni subijcimus.

11 Quinto dicimus, quod non solũ est peccatum mortale transgressio præcepti sub eius pœna obligatis, sed etiam propositum transgrediendi, imo & desiderium deliberatum id faciendi, imo & (quod maius est) ipse cõsensus, ipsa volũtio, seu volũtas vera, & expressa delectandi se illa transgressione cogitata, licet nec faciat, nec proponat, nec desideret facere. Qualis est cõsensus illius, qui de aliquo peccato mortali cogitat absq; proposito & desiderio id faciendi, eo tamen animo, vt ex eo nascatur & crescat ei aliqua delectatio, qua fruatur. Quinimo (quod maius est) cõsensus, & volũtas interpretatiua, vel tacita illius, est culpa lethalis. Quæ plane omnia consonant cõmuni opinioni, quæ colligitur ex B. August. d & Magistro sententiarum, e & ex S. Tho. f & B. Antonino, g & Ioa. Maiore, h & Caietano, i & ex eis, quæ nos clarius & copiosius, quam alij resoluiimus, k vbi in summa diximus, cõsensum verum & expressum, quem Caietan. positium vocat, ipsius delectationis, esse illum quem supra docuimus.

12 At vero tacitus cõsensus, quem alij interpretatiuum, alij morosam delectationem dixere, Caietanus autem negatiuum, non positium appellauit, tunc demum est peccatum mortale, quando quatuor concurrunt. Primum, vt id, de quo sumitur delectatio, sit lethalis culpa, vt ait S. Thomas. l

g Sess. 6. c. 7. & can. 12. 18. & 21.

h In l. velut, i ff. de iust. & iur.

a Vbi supra.

b Sess. 9. par. 2. ad abolendam.

c 1. 2. q. 109. 211. 3.

d Lib. 10. de Trinit. e In 2. di. 24. cum suis cõmentariis. f 1. 2. q. 74. g 3. par. tit. 3. ca. 1. par. 5. h In 2. di. 24. q. 1. i In summa verb. delectatio moros. in princ. & tom. 1. Opus. Opus. 14. qu. 1. k In c. cogitationis de pœn. di. 1. & in c. sed peccandum d. 6. l 1. 2. qu. 74. art. 8.

I 4

Secundo

Secundum, ut qui delectatur, aduertat se delectari, nam si circa id non aduertat, quamuis diem integrum delectatio perduratet, non peccat mortaliter, iuxta textum mihi singularem, *m* ibi: *Ex deliberatione consentit*. Neque satis est aduertere, nisi integre aduertat secundum Caietanum. *n*

Tertium, ut non obstitat delectationi, eam à se depellere contédendo, quoniam si id conaretur, iam potius virtuti, quàm vitio esset tribuendum; quamuis eam à se non omnino repellere.

Quartum, ut absque rationabili causa omitteret eam à se recedere: etenim si omitteret eam depellere, quia nouit se ea vi & virtute animi pollere, ut certus sit, se non ita victū vel flexū iri ab ea, ut actū, de quo est, velit, neque ita, ut voluntas eius superior seu rationalis, velit ea sensuali delectatione frui, non esset culpa, saltem lethalis, dummodo expresse non cōfentiret in illam. Id quod idem dicendū est, si ideo delectationi non resisteret, eamq; à se non repelleret, eo quod crederet, quo magis velit tentationi obstitere, & contra ipsam pugnare; eo illa magis augetur, quàm minueretur; sicut erga carnis illecebras cōtingere solet, quæ quidem fugiendo potius, quam resistendo superantur, secundum S. Tho. *b* & Ioan. Gersonum, *c* & alios alibi.

Idem esset, si delectationem illam omisset expellere, ne suam occupationem honestam, & necessariam, aut vtilem, dereliqueret, quale est studium & lectio rerum impudicarum ad huiusmodi delectationes prouocantiū, necessaria ad prælegendū scholasticis, vel concionandū populo. Quale item audire cōfessiones de rebus impudicis, & alia huiusmodi, argumento e. *u* qua singulariter scripsit Caietanus, *d* & consequenter ut hoc sit mortale, oportet illum, cui eiusmodi delectatio oritur, esse talem, ut suæ imbecillitatis & consuetudinis præteritæ ratione habita, merito credere teneatur, se, nisi illam reprimeret, in ipsum opus malum, vnde nascitur delectatio, vel saltem in delectationem eiusdem operis, vere & realiter consenturum.

Ex qua quidem resolutione intulimus e decisionem multorum casuum, qui quotidie cōtingunt, quos hic breuitatis gratia tacemus.

13 Infertur itē ex eadem resolutione, delectationē, quæ morosa nūcupatur (à mora videlicet deducto vocabulo) non esse ita nominatam ratione tēporaneæ durationis, sed propter moram quam facit ipsa ratio in ea non expellenda, quia nimirum eam non repellit quā citissime potest, & debet: vel (quod deterius est) quia eam deliberate acceptat: quod quidē vel in instāti fieri potest, secundū omnes. In his autem duobus casibus peccatū mortale cōmittitur, licet opus exterius nunquam fiat, neque adsit propositum faciendi. Quod quidem verissimū est, nō solum in peccatis carnalibus, verum etiam in reliquis, iuxta mentem omnium, quod expresse S. Bonauent. *a* adnotauit.

14 Itaque resistere delectationi, quæ nascitur ex cogitatione alienius

m In ca. sed pensandum dist. 6.
a Caiet.
*v*bi supra.

a Dico e. sed pensandum.

b 2. 2. q. 35.
a 2. 1.
c De pollut. mor.

d In dicto 8. p. 14. q. 1. a. 2. 3.

e In 4. cogitationis, de pecc. dist. 2.

a X. 2. 1. sent. di. 24. in expositione li. 2. c. 1.

cuius peccati presse, lethali quando est peccato quatuor illas deliberationis voluntas tum mortali

At quoniam sunt, semper rupte, expedit certus, an ipse in confessione habuit, illis resistisse, ut e depellendis, delectationes, v tunc necessarium. 15 Sexto die cōmittit, & i etiam omne. Non solum quinquam, aliqui narijs, quos

Iusio

Parti

16 Quibus salit, consentiuuat, vel non teneatur & p inferius fieri qui aliquo consentit: quogularitatē, n

Diximus a non enim p & vitrobiqu

Vnde infese volendo fac iuxta nouer fra expresse nunc admo teneri impe id faciendu extremā pafese in confimiliaris, aumus re illa

cuius peccati mortalis, virtus est, adistere autē, & assentiri expresse, lethalis est culpa, non resistere vero, neque adistere aliquando est peccatum veniale, aliquando mortale, scilicet quando quatuor illa supradicta concurrunt: quoniam omnis voluntas deliberata de peccato mortali, vel (proprius loquendo) omnis voluntas deliberata se delectandi de actu, qui est peccatum mortale, est mortifera. *b*

At quoniam in huiusmodi delectationibus, maxime si carnales sunt, semper inest aliquid periculi ratione nature humane corrupte, expedit ut qui huiusmodi delectationes habuit, & non est certus, an ipsis consenserit, neque an sufficiens resistit, de illis in confessione seipsum incuset, dicens se dubitare, an quantum debuit, illis resistere contenderit. Nam si credit se consensisse, vel non resistisse, ut eis fruere, vel admodum negligenter se gessit in eis depellendis, eum probabili consentiendi periculo in eisdem delectationibus, vel in opera, ex quorum cogitatione illae nascuntur, tunc necessarium esset confiteri, quod circa hoc credit & sentit.

15 Sexto dicimus, quod non solum peccat, qui aliquod peccatum committit, & in eo perpetrando est precipuus exsequutor, verum etiam omnes alij qui eidem culpae consentiunt, iuxta illud: *Non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus: d* consentiunt, inquam, aliquo nouem modorum contentorum in duobus senariis, quos posuit S. Thom. e scilicet:

Lusio, consilium, consensus, palpo, recursus, Participans, mutus, non oblians, non manifestans.

16 Quibus significatur illum consentire delicto, qui iubet, consultat, consentit, laudat, recipit principalem delinquentem, vel adiuvat, vel non impedit verbo, aut opere, vel non manifestat, cum teneatur & possit: quorum modorum interpretatio & dilatatio, inferius fiet. Interim autem dicimus, peccare mortaliter eum, qui aliquo istorum nouem modorum principali auctori delicti consentit: quauis non semper incurrat eandem censuram & irregularitatem, neque eandem restituendi obligationem, quas ille *g*

Diximus autem in tribus ultimis modis, *Cum teneretur & possit:* non enim potestas sine obligatione satis est, secundum S. Th. *h* & utrobique Caiet. & melius, i ut nos diximus supra. *k*

Vnde inferitur, quod cuiuslibet modorum peccandi, faciendo vel volendo facere aliquod peccatum, possunt adiungi alij nouem, iuxta nouem modos illi consentiendi, quos etsi non semper infra expresserimus, aliquando tamen insinuabimus. Illud tamen nunc admonentes, tunc aliquem consilio suo, verbis aut operibus teneri impedire, quando ex officio, quod habet, vel alio titulo ad id faciendum obligatur. Tunc etiam, quando proximus circa id extremam patitur indigentiam, & ipse potest id ipsum prestare, non se in consimile necessitatem conijciendo, etiam si ob id rei familiaris, aut honoris iacturam aliquam faciat: imo etiam cum proximus se illa maxime indiget, & ipse sine vitae suae, salutis, hono-

b Cap. 1. pag. pon-derosus 49. d. S. Th. 1. 2. q. 74. ar. 81.

c Ad Rom. 7. d. Cap. 3. de offic. delegat. vbi glo. & omnis, c. notū 2. q. 1. c. sicut dignū, per totū de homic. e 1. 2. qu. 62. art. 7. in corp. q. & in 4. l. sen. di. 15. q. 1. ar. 5. q. 3. f. Ca. 17. n. 7. & nu. 29. & seqq. *g* Ca. cu quis de sen. ex c. l. 6. & c. felicitis, parag. illud de proc. eod. l. 6. in summa de pte. parag. quib. & Caiet. in summa verb. restitutio, parag. consensus, & Fel. in tra. 2. quando conatus & alij alibi. *h* 2. 2. qu. 44. ar. 4. & q. 71. ar. 6. & 1. 2. q. 6. art. 3. i In 2. 2. qu. 64. art. 7. *k* Prælu. 6. num. 30.

138 *Contra præceptum de diligendo Deum, &c.*
ris & rei familiaris detrimento potest commode facere; per id
quod a alias diximus.

*In t. 1. de
reht. spol. &
c. 24. 25. Infra
& c. inier ver.
h. 11. q. 5. &
profundius
In Commen.
c. non in in-
ferenda. 24. q.
9. d. diximus.
h. In r. 3. qu.
200. art. 10.
& 2. q. 44.
art. 1. & 6.
q. Sess. 6. c. 7.
d. Lib. 2. sen-
d. 17.
e. In e. quod
quidam, de
pcc. & rem.
f. C. nihil de
confec. di. 5.
g. Et in parag.
h. de pcc. d. 4.
h. Supr. nu. 7.
i. In l. aducr.
omnes hare-
ses, verb. præ-
ceptum, in
principio.
k. Sess. 6. c. 11
& canon 18.*

17 *Septimo* dicimus, quod vniuersa ista decem præcepta, & alia
omnia, possunt impleri ab illo, qui est in peccato mortali, quoad
substantiam actus & præcepti, & effectum euitandi noui pec-
catum, quod incurreret si non adimpleret illud, iuxta definitio-
nem Aquinatis. *b* communiter recepti, quod Conc. Trid. *c* sensit,
declarans hereticum esse illum, qui dixerit, opera nostra, ob id so-
lum quod fiat extra statum gratie, esse peccata, quidquid dixerit
Dion. Ordin. Cisterciensis, *d* quem aliquot alij sequuti fuerunt.
Est enim hoc vnum inter alia comoda, que opera facta etiam in
peccato mortali secum afferunt (de quibus glossa elicit ad pro-
merendam gratiam in hac vita, & gloriam in futura nihil valeat)
implementum præcepti in illo statu, *f* vbi latius diximus: *g* sub qua
regula includitur etiam præceptum de diligendo Deo iuxta de-
clarationem nunc additam. *h* Per quod tollitur ratio, qua insa-
nus Lutherus insanè docuit, Deum dedisse nobis duo præcepta,
quæ in hac vita non possumus implere, nempe præceptum de
diligendo Deo, & de non concupiscendo, quod efficacissime
post alios confuat Caltrentis, *i* & damnauit Conc. Trid. *k*

*Contra præceptum de diligendo Deum, quod
non est Decalogi, vt peccatur.*

- 15 *Odiū Dei vt genere suo maximum peccatorum.*
- 18 *Præceptum diligendi Deum quis frangit.*
- 19 *Amat qui firmitus aliquid quam Deum, peccat, non qui seruentius.*
- 20 *Amat quisnam Deum ob alia, quam ob ipsum, & quando amandus.*
- 20 *Viuere qui vult semper hanc vitam, peccat.*

13 *C*ontra hoc præceptum de bene diligendo Deo peccat
mortaliter primo, qui deliberate odit Deum, quod quidem
ex genere suo est maximum omnium peccatorum, vt probat
S. Thom. *a* Tum quia actus, qui opponitur actui summe bono,
summe malus est, secundum Arist. *b* Actus autem maxime bonus
est Dei amor, *c* cui odium Dei est contrarium. Tum quia maximo præ-
cepto omnium contrarium est. *d* Tum quia directe separat à Deo,
quod alia peccata communiter non faciunt, sicut explicuit S.
Th. *e* Dixi, *Deliberate*, quoniam surreptio iudicium præueniens,
in quacumque materia excusat à mortali, vt diximus supra. *f*
Secundo peccat mortaliter, qui omittit amare Deum super omne
aliud amabile, quo tempore id tenetur facere, de quo supra. *g*
Tertio peccat mortaliter, qui omittit referre ac dirigere se
suaque omnia in Deum, tanquam in primum principium, & vltimum
finem suum, tempore quo ad id tenetur. Quando autem ad id
teneatur, etiam *h* dictum est.

*2. 2. qn. 34.
art. 1. & q. 29
art. 2. & 72. q.
75. art. 4.
b. ethic. 8.
c. es. charitas
2. de pcc. d. 2.
d. Mart. 22.
e. 2. 2. q. 34.
art. 2.
f. Pexlud. 9. 7
nu. 11. & 100-1
dem, ou. 2.
g. Num. 7. &
scqq.*

h Ibidem

Quarto

Quarto peccat
plus quam al
aut tacite ger
amat alium a
paratione id
19 Quinto pe
gem suum
firmius diligi
peccato imp
tius quam D
tur, vt in add
retigimus.

Admoner
Deum, non e
peccat mort
quantum alie
di delinquen
niam directè
quod secund
dum acciden
20 Sexto pec
puè & princi
ritualia, vel t
uestrum, b vt
ximus. Vnde
reticum affe
rationem ob
expresse mir
largitorem, v
alterius, &
constituar, r

Septimo pe
gligit, quo su
mortis peric
aliquod sacr
se gratiam v
Octauo pec
seculo perpe
gaudiis etia
propter alia
non sit long
id aterna g
Nono pecc
diligendo D
oppositum

Quarto peccat mortaliter, qui amat Deum, sed minus, vel nō plus quam alia comparatiue, hoc est actu, vel virtute, expresse aut tacite gerens in animo, quōd tantum, vel æquē æstimat, vel amat alium ac ipsum Deum, secus autem, si absolute sine comparatione id faceret, iuxta declarationem superius postam.

19 Quinto peccat, qui seipsum, vel suā vxorem, Filium, aut Regem suum, & Dominum, vel quancumque aliam creaturam firmiter diligit quam ipsum Deum. Dixi, Firmius, quia nō debet peccato imputari diligere seipsum, vel aliū, intēsius aut feruentius quā Deum, dummodo Deus firmiter & fortius diligatur, vt in additione capit. quando i enucleauimus, & supra k etiam tetigimus.

Admonemus item, indirectē diligere creaturā amplius, quā Deum, non esse contra hoc præceptum; quoniam quicumque peccat mortaliter, indirectē plus diligit aliud quā Deum, in quantum aliquid vult contra eius præcepta, at tamen huiusmodi delinquens non ideo peccat contra istud præceptum, quoniam directē non facit contra ipsum, neque aliquid operatur, quod secundum se, & suam naturam separēt à Deo, sed secundum accidens, iuxta S. Thom. l & Scotum. m

20 Sexto peccat mortaliter, qui diligit Deum eo solo, vel precipue & principaliter, quod ab eo accipit, aut sperat accipere spiritualia, vel temporalia bona, iuxta Frānciscū Mayronē a & Syluestrum, b vt in dicta additione post S. Thom. c sub finem diximus. Vnde infertur Conc. Trid. d quatenus declarat esse hæreticum asserentem, esse peccatum operari benē ob remunerationem obtinendam, esse intelligendum de eo, qui tacite vel expresse minoris æstimat præmium quod sperat, quam ipsum largitorem, vel saltem absque consideratione aliqua vnus, vel alterius, & absque eo, quod finem vltimum & principalem constituat, recte operatur.

Septimo peccat mortaliter, qui eo tempore Deum amare negligit, quo sub peccati mortalis reatu tenetur, veluti quando mortis periculum, vel necessitas recipiendi vel administrandi aliquod sacramentum sese obtulit, e nisi probabiliter crederet se gratiam vel charitatem habere.

Octauo peccat mortaliter, qui deliberate, vult in hoc misero seculo perpetuo viuere, quia bonis eiusdem, nempe diuitiis, gaudiis etiam licitis, scientia, & alijs huiusmodi delectatur, vel propter alias causas secundum Adrianum, f quamuis peccatū non sit longam vitam exoptare, etiam aduertendo quod ob id aeterna gaudia differuntur, secundum eundem.

Nono peccat, qui festiuis diebus omisit producere actum de diligendo Deo super omnia alia secundum Ioa. Tabienam, g sed oppositum cum Adriano, h verius supra i existimauimus.

i De consec.
diu. 2.
k Eod. ca. n.
6. & seq.

l 2. 2. qu. 34.
art. 2.
m In 2. lib.
sen. di. 1. q. 5.
sub fin.
n In 1. l. sen.
dist. 1.
o Verbo chari-
tatis, q. 7.
p 1. 2. q. 299.
art. 3.
q Sess. 6. can.
26. & 31.

r Ioa. Tabi-
en. verb.
charitas, pa-
rag. 30. & sen-
serat antea
Maior, in 3. l.
sen. d. 27. q. 13.
f In 4. de co-
fess. q. 4. sub
fin.
g Verb. cha-
ritas, parag.
20.
h In 4. de co-
fess. q. 3. col. 2.
sub fin.
i Num. 71.

De præ-

De præcepto de credendo in Deum,
quod non est Decalogi.

- 21 Præceptū credēdi, & præceptū diligēdi differūt vt fides & charitas.
21 Infidelis duplex, positiue & negatiue, hic non peccat, ille vero sic.

21 **C**irca hoc præsupponimus primo, quod præceptum de recte credēdo in Deum, quod pertinet ad virtutem fidei, tam differt à præcepto de diligendo, quod pertinet ad virtutē charitatis, quā virtus fidei, quę inclinat ad credendū, à virtute charitatis, quę inclinat ad diligendū; quæ longē alia & maior est, quam illa, iuxta Apostol. *k* & demonstrat S. Thomas. *l*

k 1. Cor. 13.
& c. charitas
in 2. de pcc.
dist. 2.
12. 2. q. 23.
art. 6.
m 2. 2. q. 16.
art. 1.
in Supra, nu.
6. citatis.
o Hebr. 11.

a Bre. firmi-
ter, de sum.
Trin. & fide
Cathol.

b 2. 2. qu. 10
art. 10.

Secundo præsupponimus, quod licet S. Thom. *m* à Caietano declaratus dicat quod licet in multis locis veteris & noui testamenti, non fuerint data præcepta de diligēdo Deo, in veteri tamē non fuerunt data de fide, quamquam certum est, neminem vnquam saluum factū esse, neq; placuisse Deo sine fide, teste Aposto. *o* cui consonat principium symboli Athanasij. Quicumque vult saluus esse, ante omnia opus est vt teneat Catholicā fidem, quam nisi quisque integram inuolatamq; seruauerit, absque dubio in aeternum peribit. anam infidelis positiue, qui est omnis, qui nō vult credere post fidem sibi satis notificatam, peccat peccatum infidelitatis, per quod damnatur, & infidelis negatiue, qualis est omnis qui nō credit, eo quod nō est sibi satis notificata fides, licet nō peccet non credendo, nec ob hoc damnetur, dānabitur tamen propter alia peccata, vt eleganter declarat vterque Thomas: *b*

Contra præceptum de recte credendo in Deum,
quod non est Decalogi, vt peccatur.

- 22 Præceptum credendi frangit, qui credit non esse Catholicum, quod tenetur credere esse tale.
22 Excommunicatus qui dicto vel scripto affirmat contrarium fidei.
22 Hæresis & hæreticus quid, & vt excommunicatus.
22 Pertinax quisquam sit.
22 Dubium de fide non facit scrupulus, neque subreptio.
22 Credens quemlibet saluari in sua lege, vt peccat.
22 Fidei articulos, expresse, & in particulari non credēs, quādo peccat.
22 Articuli fidei qui sunt explicitē credendi.
22 Credens Patrem in diuinis maiorem esse Filio, vt peccat.

22 **C**ontra hoc præceptum peccant mortaliter, Primo omnes infideles, quibus satis notificatam est Christi Euangelium, & non credunt ei, & omnes fideles, qui credunt quidem ei, sed peruersē intelligūt illud, vel alia loca sacre scripturæ

pturæ, cōtra
rant aliquo

Secundo, q
quidquid sa
si est baptiz
strensis, e &
mini, vt in
scripto, vel
excommuni
curritur ex
per latius i
si præ simp
Ecclesia ita
cumque ve
excommuni
nos b dixit
riter. Ille au
à sua persua
neri. Imo
contra Cat
paratum ac
mus. e Por
hæreticum
tholicæ, &
se esse para
men, nequ
ranter id fa
implicite c

Tertio pe
bitat, g A
illa, quæ re
tem haben
veniale h &
lent, & con
22 Quarto
infidelē, si

Quinto p
scire expli
dum vniu
& solum i
& sanctū
simæ Trin
nā licet an
dere vnun
Apost. m

k Cap. 1. parag
2. qu. 2. ar. 8. c.

pturæ, cōtra sensum ab Ecclesia Catholica definitum, vel igno-
rant aliquid tale, quod explicitè scire tenentur.

Secundo, qui pertinaciter credit aliquam hæresim, qualis est
quidquid sanctæ fidei Catholicæ contrariū est, e & est hereticus
si est baptizatus, secundū communem, d & tradit Alfonso Ca-
strensis, e & subinde est excōmunicatus f per bullā Cœnæ Do-
mini, vt in ea videre est, g dummodo errorem illum, verbo, vel
scripto, vel opere (etiā sibi soli) expresserit, alioquin verè nō est
excōmunicatus, quoniā ob solum actum interiorem non in-
curritur excōmunicatio, vt post Caietanū h diximus, i & nu-
per latius in c. cogitationes. k Addimus autē, Pertinaciter, quoniam
si præ simplicitate vel ignorantia id credit, quia sibi videtur
Ecclesia ita tenere, & est paratus errorem deponere, quando-
cumque veritatem fuerit edoctus, ille non est hereticus, neque
excōmunicatus, vt etiam post Innoc. a communiter receptū
nos b diximus, addendo, quod nec peccat mortaliter regula-
riter. Ille autē dicitur pertinax, qui credit animo nō discedendi
à sua persuasionē, etiam monitus contrarium ab Ecclesia te-
neri. c Imo & qui credit aliquid, quod scit esse contra fidem, vel
contra Catholicæ Ecclesiæ definitionem, licet affirmet, se esse
paratum ad corrigendum seipsum, vti post Caietanum d dixi-
mus. e Porro verum est, quod quamuis Ecclesia iudicaret esse
hæreticum illum, qui aliquid credit, quod manifeste fidei Ca-
tholicæ, & articulis eiusdem est contrariū (esto quod assereret
se esse paratum ad correctionem suscipiendam) coram Deo ta-
men, neque hæreticus, neque excōmunicatus est, si verè igno-
rante id facit, & quidquid sancta mater Ecclesia docet, verè &
implicite credit, iuxta tradita. f

Tertio peccat mortaliter, qui de rebus fidei pertinaciter du-
bitat. g At vero surreptitia dubietas, & non deliberata, maximè
illa, quæ renitente voluntate euenire solet, & contra volunta-
tem habentis illam perdurat, vel non est peccatum, aut solum
veniale. h & multo minus scrupuli, qui contra fidem exoriri so-
lent, & contra voluntatem habitū moleste perdurant. i

22 Quarto peccat mortaliter, qui deliberate credit, quæcunque
infidelè, si benè moraliter vixerit, posse in sua secta saluari. k

Quinto peccat mortaliter, qui iam discretionē pollēs, negligit
scire explicitè, & in particulari esse vnū Deum solum, qui mū-
dum vniuersum creauit, & iustissimè regit, ipsum quæ esse vnicū
& solum in essentia, trinum in personis, scilicet Patrē, & Filiū
& sanctū Spiritū, in quo ineffabile sanctissimè, & adorandis-
simæ Trinitatis mysteriū continetur, iuxta mentē S. Thomæ. l
nā licet ante aduētū Christi redemptoris nostri, satis esset cre-
dere vnum Deum, qui remunerat bonos, & malos punit, iuxta
Apost. m post sancti tamē sui Euangelij promulgationem nō

k Cap. 1. parag. si de summa Trinit. & fide Cathol. & princip. & in Simboli Athanasij, l. 2.
2. q. 2. ar. 8. communiter recept. in Hebr. 11.

Ca. à rē dā
& c. hæc est
fides, 24. q. 1.
d in rub. de
hæret.
c Lib. 3. ad-
uersus om-
nes hæreses,
c. 9. & nos in
ca. nouit, de
iustic. notab.
3. aum. 4.
f Ca. excōm-
de hæret. &
c. quiduis
14. qu. 1.
g Anton. 3.
part. tit. 33.
cap. 73. & Is-
tius, infra 2.
27. n. 55.
h In summa
verbo hære-
sis.
i In c. inter
verba. 11. q. 3.
k De pe. di.
14.
l In c. firmi-
ter, de sum-
ma Trin. &
fide Cathol.
b In addit.
c. quando, de
consecr. di. x
n. 78. & supra
præiud. 1. n. 2.
15. & seq.
e Arg. glo. S.
clem. 1. pa-
rag. porro,
de summa
Trin. & fide
Cath.
d. 2. 2. q. 11.
art. 4.
e In repet. c.
nouit. de
iustic. not. 3.
n. 41. & in do-
prælu. 1. nu-
15. repetim.
f In prædicto
prælu. 1. di-
cto num. 15.
& seqq.
g de Ca. du-
bius, de hæ-
ret.
h loa. Andra
receptus in
dicto ca. du-
bius.
i Vt post Io.
Msiot. in 3.
li. sen. di. 25.
q. 4. not in
repe. c. inter
verba 2. q. 1.
concl. 6. di-
ximus.

satis

baritas.
o sic.
dere-
fidei,
virtutē
virtute
maior
s. l
ictano
i testa-
i tamē
em vn-
este A-
icunque
nam nisi
um pe-
crede-
fidelis
omnis
icer nō
tamen
nas: b
eum,
quod te-
fidei.
peccat.
om-
risti E-
redunt
scri-
pturæ

fatis est illud credere: quamuis in genere, vel implicite credat, quidquid sancta mater Ecclesia tenet, & credit secundum eundem & communem.

a S. Trinitatis mysterium explicite credere tenemur a secundum eundem, & communem. *b* *ibid.* tit. 7.

c *ibidem.*
d Prælu. 4. num. 25.

e Per 40. vos de cons. di. 4. & diximus in rep. c. quædo de cons. di. r. not. 20. num. 20. post Palud. in 4. l. sen. di. 15. q. 3. col. 2. *f* In c. 13. *g* Prælu. 3. num. 29. *h* Prælu. 1. num. 27. post Inn. & alios ibi citatos. *i* In d. 2. prælu. 3. num. 28.

k *Ibl.*

l Sess. 4. in decreto de editione, & vitæ sacrorum librorum.

Sexto peccat mortaliter, qui prædictam discretionem habens negligit scire explicite, & in particulari secundam personam sanctissimam a Trinitatis, scilicet Filium Dei patris, qui est idem Deus qui Pater; propter nostram salutem factum esse hominem, natum & mortuum, iuxta mentem eiusdem, *b* quidquid Rosella dicat, quem iuste Syluest. confutat. Imo & qui ignorat illos alios articulos prædicti Symboli, saltem quos Ecclesia solennizat, ut prædictos, secundum eundem *S. Th.* *c* & nos diximus supra *d* Quocirca omnes parochos, paternos, parentes, & Confessarios (præsertim plebeiorum,) & etiam concionatores obsecramus, ut fidem istam articulorum explicitam, & in particulari, cæterorumque, qui in Symbolo Apostolorum, quos sancta Romana Ecclesia vitur, continentur, sæpissimè commendare, & inculcare non desinat: quoniam in vniuersa Christiana republica circa hæc tanta est concordia, ut multos passim inuenias nihil magis in particulari, & explicitè de hisce rebus credere, quam ethnicum quandam philosophum, sola vnius veri Dei naturali cognitione præditum; quãuis modò non auderem cæterorum articulorum, quos non adeo solennizat Ecclesia, ignorantiam tanquam lethalem & mortiferam condemnare, dummodo saltem implicite, & in genere credatur, quidquid Sancta Mater Ecclesia Romana credendum præcipit.

Septimo peccat, qui non ediscit, & memoriæ mandat Symbolum Apostolicum, & orationem dominicam, latinam, vel aliam linguam, quod saltem est veniale graue, *e* ut etiam inferius *f* dicemus.

Octavo peccat, qui circa sanctissimam Trinitatis mysterium credit Patrem Filio, aut Filium Spiritu sancto antiquiorè, vel Patrem, aut Spiritum sanctum, humanam, vel aliam corpoream formam habere, ut Filius, in quantum est homo, habet, vel diuinam generationem, aut processionem Spiritus sancti esse instar generationis humanæ, vel alterius corporeæ, ut diximus supra, *g* nisi ignorantia, aut rudis simplicitas ipsum excusent; quæ quidem ipsum excusare possunt, imo & quasi semper excusant ad hoc ut non sit hæreticus, nec excommunicatus, licet non semper excusent à peccato, ut supra *h* tradidimus. Et *i* explicauimus, generationem Filij in diuinis esse instar productionis notitiæ ab intellectu, emanationem autem Spiritus sancti esse similem processionem amoris ab intellectu & voluntate; nullo autem modo per modum corporeæ generationis, id quod aliqui temere ac stulte comminiscuntur, ut *k* admonuimus.

Nono peccat mortaliter, qui contra sacrum Conc. Trid. *l* asserit veterem & vulgatam editionem sacre scripturæ non esse pro aut henticam habendam, vel qui eam contra vniuersalis Ecclesie Dei declarationem, & contra concordem sanctorum patrum sensum interpretatur; quãuis eius interpretatio nunquam sit. *edda.*

Do

- 23 *Præceptum dendi.*
23 *Superstitio*
24 *Superstitio*
25 *Demonio*
25 *Inuocatio*

23 **D**E præcepto est præceptum tam de Deum, & credendum moralis, licet virtutibus fit omnibus modis.

Secundo dicitur non fuisse contra negatiue, & norando præceptum alte declaratum deorum sensu, quod præcepto dicitur. *Tertio* dicitur quæ pertinet virtutes, ut præ religionis, quod genere suo præceptum moralis ratione, quod dum virtus ipsum debetum principium creauit, & re & falsa religio se aut superstitio. 24 *Quarto* dicitur perditionis colligitur. *P*berur Deo. cibis, falsitas Iudaicae secundum moniis exhibitum carmen

De præcepto de colendo, siue honorando Deum,
quod est primum Decalogi.

- 23 Præceptum colendi Deum ut differt à præcepto diligendi, & credendi.
- 23 Superstitio est maximum vitiorum moralium.
- 24 Superstitio quadruplex, & quælibet præter primam lethalis.
- 25 Demones bisariam inuocantur, expresse & tacite.
- 25 Inuocatio demonum tacita fit quatuor modis.

23 **D**E præcepto de colendo, siue honorando Deum, quod est primum decalogi, dicimus primo, quod hoc præceptum tam differt à prædictis duobus præceptis de diligendo Deum, & credendo in eum, quam differt virtus religionis, quæ est moralis, licet omnium suprema, secundum S. Th. receptum à virtutibus fidei & charitatis, quæ sunt Theologicae, & longe omnibus moralibus maiores, secundum eundem receptum. *b*

Secundo dicimus, quod nemini debet videri præceptum hoc non fuisse conuenienter datum. Exod. 20. eo quod datum fuit negatiue, & non affirmatiue, sicut præceptum quantum de honorando parentes. Tum quia id factum fuit ea ratione, quam alte declarat S. Th. Tum quia, dum ibi veratur cultus falsorum deorum, præcipitur cultus veri Dei, argumento à contrario sensu, quod est fortissimum, & præterquam quod in tertio præcepto directe iubentur sabbatha sanctificari.

Tertio dicimus, quod sicut virtus patrie, seu vere religionis, ad quam pertinet hoc præceptum, est maxima inter omnes morales virtutes, ut probat S. Thom. ita vitium superstitionis, & falsæ religionis, quod quidem hoc primo mandato prohibetur, ex genere suo est maximum omnium peccatorum, quæ actibus virtutum moralium opponuntur: quod S. Th. sensit, & nititur eadem ratione, quod contraria de contrariis dicuntur. *g* Unde quæ admodum virtus religionis & patrie inclinatur & ordinatur nos ad Deum ipsum debito modo colendum & honorandum, tanquam primum principium, supremumque gubernatorem nostrum, qui nos creauit, & regit. *b* Sic etiam est contrarium, vitium hoc superstitionis & falsæ religionis inclinatur ad reddendum Deo cultum perniciosum aut superfluum, vel etiam ipsi creaturæ tacite, vel expresse. *a*

24 Quarto dicimus, quod quatuor sunt falsæ religionis, vel superstitionis species, ut ex B. Augustino, *b* & ab utroque Tho. colligitur. Prima est, qua perniciosus vel superfluous cultus exhibetur Deo. Est autem perniciosus cultus, qui ceremoniis mendacibus, falsitatem aliquam præ se ferentibus, redditur, quales sunt Iudaicæ ceremoniæ: significant enim Messiam esse venturum, secundum S. Thom. *d* Superfluous vero cultus est, qui illis ceremoniis exhibetur, quæ neque ad Dei gloriam, neque ad subiiciendum carnem spiritui, & spiritum Deo ipsi, quidquam conferunt,

Religio omnium virtutum moralium maxima. *a* 2. 2. qu. 81. ar. 2. & 6. *b* 1. 2. qu. 6.

c 2. 2. qu. 122. art. 2. *d* 1. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iur. & c. cum apost. de his que sunt à prælat. sine consen. cap. 2. 2. qu. 31. 2. 2. receptus. 1. 2. qu. 92. 2. 1. ad iudicis que 217. qu. 94. ar. 3. *e* Ca. sciend. 2. qu. 1. & 1. & si contra tabulas, ff. de vul. & pupil. 1. 2. qu. 81. art. 2. & 3. *a* 2. 2. qu. 92. art. 1. & 2. *b* in 1. 2. de doctrina Christiana, c. 19. 20. & 21. relato in c. illud 26. q. 1. c. 2. 2. qu. 92. art. 1. Superstitio nis quatuor species. *d* 2. 2. qu. 93. art. 1.

iuxta

q. Dicit q. 92.
art. 2. & facit
6. quisquis.
q. 1. dicit.

iuxta S. Thom. e qualis est cæremonia quædam orandi ante so-
lis ortum, vel audiendi sacrum à sacerdote, qui vocetur Iohannes,
vel dicendi bis Alleluia, vel pater noster, &c, quâdo semel tantum
est dicendum. *Secunda* species est, qua cultus diuinus alicui creaturæ
redditur, gratia ipsam honorandi: & hæc dicitur idololatria. *Tertia*
species est, qua cultus diuinus redditur creaturæ, ad
assequendam aliquam scientiam vel instructionem: & hæc
dicitur Diuination. *Quarta* species est, qua idem cultus tri-
buitur creaturæ, vt ab ipsa opera nostra dirigantur.

Quinto dicimus, omnes istas superstitiones ex genere suo esse
lethalia crimina valde graua, excepta prima specie, qua parte
continet cultum superfluum, sed non contrarium diuinæ, aut
humanæ legi sicut ieiunare in die Dominica, vel dicere Pater
noster adeo priuate, & sibi soli, ac si non esset pars & membrum
Ecclesiæ, secundum Caietan. *Quarta* etiam species non est
peccatum mortale, quando bona fide, vel præ ignorantia ea
aliquis vitur, antequam veritatem edoceatur, vt ex mente S.
Tho. & S. Antonini, b & Caietani colligitur, secundum quos
in istis duobus casibus non est communiter amplius, quam
veniale peccatum, vt inferius explicabimus.

F. 2. qu. 92.
art. 1.

g. Vbi supra.
h. 2. part. tit.
12. c. 1. par. 2.
19.
i. 2. qu. 93.
art. 3.

k. 2. qu. 85.
art. 3.

a. 2. qu. 96.
art. 1. & in
multis art.
qu. 95. ius-
dem 2. 2.
b. In summa
verbo incan-
tatio.

25 *Sexto* dicimus, quod duplex est modus inuocandi demonem:
Vnus est *expressus* alter *verò tacitus*. *Expressus* est, quo aperte vo-
catur, vel inuocatur demon, vel fit aliquid, quod creditur opera
ipsius demonis fore perficiendum, secundum mentem S. Tho.
quam Caietanus & expressit: nã priore modo, verbo, posteriore
autem opere auxiliũ demonis imploratur. *Tacita* autem inuoca-
tio demonis toties fit, quoties aliquis enititur efficere aliquid
per causas, quæ nec virtute sua naturali, neque ex diuina, aut
Ecclesiastica dispositione possunt illud efficere, vel quando hu-
iusmodi causæ tanquam necessariae adiunguntur alijs, quæ pos-
sunt talem effectum producere, iuxta mentem S. Tho. & eius
definitionis exẽpla possunt esse quidam rami ab ita radice pro-
cedentes, quos posuit Caietanus. *b* Quorum primus est, vt ver-
bis sacris hac conditione, vt sint scripta in illa, vel illa materia,
vel tali tempore, aut hora, & alijs huiusmodi; quæ neque ad
diuinum cultum, neque eius honorem, neque ad rectam ra-
tionem pertinent. *Secundus* est, adiungere causis naturalibus a-
liquos characteres, vim significandi habentes, qui quidẽ ad dæ-
mones illos probe intelligetes referuntur, vel sunt nomina ig-
nota, quæ ipso quod sunt talia, tacite ad eos referuntur. *Tertius*
est, vt causis naturalibus ad effectum supernaturalem, veluti ad
agnoscendas hominum arcanas cogitationes, vel ad subito me-
dendũ. *Quartus* est, vt verbis sacris ad inanẽ effectum, sicut ad
mouendum anulum supra filum, vel ad voluendum cribrum,
quæ quidem non verba sacra, sed ipse diabolus mouet, vt illis
verbis honorẽ sibi faciat exhiberi. *Quintus* est, miscere falsa,
veluti dicendo Christũ habuisse febres. *Qua* quidam in re iure
quis

quis miretur
similibus super-
impartitus su-
norantibus, &
prehensibili,
adeo alto pro-
sua infinitate
uit: quamuis
non concedit

Septimo dicitur
eum, qui dicit
rum preces n-
quias & imag-
do, quod vt sa-
maxime Don-
colere, sic pec-
venustate, nu-
tia alliciant. In-
stientes domi-
lias sanctas or-
stæ scemina
idololatriam,
inesse, præter
da. Item decla-
care, nec dor-
approbatione

Circa præ-

q.

26 Preceptum
partici-

27 Excommuni-

27 Disputare d-

28 Ars Mag-

29 Maleficiu-

30 Sortes qua-

31 Incantatio

32 Philtra qua-

32 Adoratio

33 Somnijs qu-

34 Reliquie, n-

37 Augurijs

38 Ars notor-

38 Dæmonhe-

38 Striges &

39 Duella illic

Triden

quis miretur illorum hominum impudentiam, qui his & alijs
similibus superstitionibus credunt, quod Deus tam frequenter
impartitus fuerit vetulis quibusdam deliris, & hominibus ig-
norantibus, & (vt plurimum) corruptis moribus, vitaque re-
prehensibili, ea, quæ non est elargitus sanctis, quibus in gradu
adeo alto profunda suæ diuinæ sapientiæ arcana, virtutemque
suæ infinitæ potentæ, qua tot miracula fecerunt, communica-
uit: quamuis malis interdum concedat, quod aliquot bonis
non concedit, vt infra e tangitur.

Septimo dicimus, quod Conc. Trident. d. declarat hæreticum
eum, qui dixerit à nobis sanctos inuocandos non esse: aut eor-
um preces nobis apud Deum non prodesse: aut eorum reli-
quias & imagines non esse nobis venerandas, simul declaran-
do, quod vt sanctissimum est, imagines honestas sanctorum,
maxime Domini nostri Iesu Christi, & eius Matris habere &
colere, sic peccatum est imagines ornare, & habere, quæ sua
venustate, nuditate, forma aut habitu, ad libidinem, & alia vi-
tia alliciant. In quo multos (etiam religiosos) errare video, ve-
stientes dominam nostram, & B. Mariam Magdalenam, & a-
lias sanctas ornamentis profanis, & vanis, quibus etiam hone-
stæ scemina sese vestire vererentur. Item declarauit e esse
idololatriam, credere illis aliquam diuinitatem, aut virtutem
inesse, præterquam ad ea, quorum sunt imagines, representan-
da. Item declarauit ibidem, neminem debere in ecclesia collo-
care, nec domi habere imagines insolitas, & inusitatas, sine
approbatione Episcopi.

e Num. 36.
d. 2. u. 24. in
decr. de in-
uocandis
sanctorum.

e Vbi supra.

**Circa præceptum maximum de colendo Deum,
quod est Decalogi, vt peccatur.**

26 Præceptum de colendo Deum frangitur triginta octo modis, præter
participantes, vsque in finem cap.

27 Excommunicatus an sit exterius faciens opus infidelitatis.

27 Disputare de fide laico illicitum.

28 Ars Magica vetita.

29 Maleficium an maleficio tolli possit.

30 Sortes qua prohibita, & qua licita.

31 Incantatio prohibita, & fide indigna.

32 Philtra qua illicita.

32 Adoratio imaginum qua illicita.

33 Somnijs quibus non credendum.

34 Reliquiæ, nomina, & breuia vt gestanda, & num. 35. & 36.

37 Augurijs non credendum.

38 Ars notoria illicita, & qua sit illa.

38 Dæmoni herbam & muscam nihil resistere.

38 Striges & Sagas reprobatae.

39 Duella illicita, exceptis duobus, & qua prohibita per Concilium
Trident.

K

49 Ten.

40 Tentare Deum illicitum, etiam per Martyrium, & 41.

40 Martyrium pati quando crimen mortale.

41 Djs, Deabusque gentilium, aut planetis aliquid diuinitatis tribuere impium.

41 Magister Poetas gentiles prælegens vt peccat.

26 **C**ontra hoc præceptum de colendo Deum peccat mortaliter primo, qui seipsum, vel alium circumcidit, vel vitur aliqua cæremonia Iudaica, vel Mahometica, quæ aliquam falsitatem nostræ sanctæ Catholiceque fidei contrariam significat, etiam si minime veram esse credat. a

a Per supra dicitur, nu. 22. & seqq.

b Supr. n. 19.

c Sicuti copiose probauimus in canonicis de iudic. not. 2.

Secundo peccat mortaliter, qui expresse dæmonem, Solē, Lunam, Idolum, vel creaturam aliquam, tanquam Deum, adorat, etiam solo cultu exteriori: b vel habuit dæmonem, seu spiritū, quem vocant familiarem, vt ipsum admoneret, vel ei ostenderet renuntiaretve, quæ in locis remotis, aut secretis geruntur. c Circa quod nullatenus excusamus Reges, qui non puniunt eos, qui huiusmodi dæmonibus familiaribus vtuntur, sed potius expetunt ab eis certiores fieri, de his quæ in hostium castris geruntur, aut quæ aduersarij moliantur.

a Cap. nunc autem, a. 1. d. b 2. 2. qu. 94. art. 1.

27 Tertio peccat mortaliter, qui ex metu, vel aliam ob causam dicit ex animo aliquid contra fidem, vel consensit in aliquod opus infidelitatis exterius, etiā si intra se, & in corde suo oppositum crederet, sicut Marcellino Papæ legimus contigisse; d qui non solum est excommunicatus in foro exteriori, sed etiā in foro conscientiæ, secundum Caietanum. b Sed huius oppositam sententiā olim pro responsō dedimus, interrogati de certis casibus, qui cuidam religioso Societatis Iesu apud Sarracenos agentū occurrerunt erga Christianos quosdā, qui timore percussī, & propter alias causas, se esse Sarracenos finxerunt, & sequuti sumus eum, qui Repertorium Inquisitorū cōposuit, e quod nunc quoque verius arbitramur, quam quod Caietanus asseruit, sic enim Syluest. d & Ioan. Tabiensi e visum est: & profecto etiam si hoc nullus assereret, nos eandem sententiā teneremus: quoniam huiusmodi non est vere hæreticus, quantum grauissime peccet, secundū Alex. Halensē, fid quod & heretici heresi que definitione, quā g adduximus, comprobatur. Et excommunicatio illa iuris, quæ continetur in bulla Cœnæ Domini, solum fertur contra hæreticos, credentes, vel contra fautores, & receptatores hæreticorum, quorum de numero nō est censendus is, de quo modō loquimur: nisi quando aliquod opus exterius hæreticum commisisset, alicui heresi vel hæretico auxilium præstando: in quo casu excommunicatus remaneret, non quia hæreticus, sed quia fautor hæreticorum est.

e In verb. hæreticus. d Verb. hæreticus qu. 9.

e Verb. hæreticus nu. 2. & verb. Apostatis nu. 1. f 1. par. tit. 53. membr. 2.

g In repert. c. nouit. de iudic. notab. 3. n. 41.

h Ita Ang. verb. infidelitas. par. 9 Syluest. eod. verbo & Caietan. in summa verb. habitus gmissio.

Quarto peccat mortaliter, qui aliquem habitum, vel signum Iudei, vel Sarraceni desert in loco, vbi in veste, vel quouis alio caractere vnusquisq; suæ legis professionem indicat. h Id enim

facere

facere perin confiteri, no vel habitus racenorum

Quinto pecc sciens laicis e disputare sicut putante gra quia nescit,

Sexto pecc si vere sancti nes pro mira ma Virginis cati aliquid parent, vt in cultui infert do; a & quia 28 Septimo vel verbo in est tertia spe

Octauo pecc tionis adiura piat. d Quæ q ctionis, obli sine inuocac licet tunc e cietatis pacti num. e Quin minum obs non est plu nullo pacto

Nono pecc magicam ar vult ediscer tia, sed poti habet, & no Angel. i nar

Decimo p illicitis mo fuli suadet r percontanc magos, & a cantationib pressis noc 29 Vnder incantation catur alium

facere perinde est, ac prę timore se Iudzum esse, aut Sarracenu confiteri; non autem peccaret propter solam omissionē signi, vel habitus Christianismi, dummodo signa Iudeorum, aut Sarracenorum non acciperet, sicut recte docuit idem Caiet. i

i 2.2. q. 3. ar. 2

Quinto peccat mortaliter, qui disputat de fide, cum sit laicus, sciens laicis esse prohibitū sub excommunicationis pœna, de illa disputare secundū iura, k & Caietan. l qui m limitat hoc in disputante gratia exercitij, licet dici possit talem non includi hic, quia nescit, neq; debet scire, id esse sibi tali pœna prohibitum.

k Ca. quicun- que de hær. lib. 6.
l Penul. C. de sum. vic.
l. in summa verb. di. putatio.
m 2.2. q. 18. ar. 7.

Sexto peccat mortaliter, qui aliquas reliquias falsas, tanquam si vere sanctorū essent, adorandas proponit, vel vortuas imagines pro miraculis falsis obrulit Imagini Crucifixi, vel Beatissimæ Virginis, aut aliorū Sāctorum, vt alij simili exēplo prouocati aliquid rēplo offerant, vel alia similia ad offerendum comparent, vt inde aliquid accedat lucri, quoniam magna diuino cultui inferitur irreuerētia, mendacia circa res sacras persuadēdo; a & quia est primæ speciei superstitionis per dicta supra. b

a Caiet. vbi supr. in verb. Supersticio.
b Num. 24.
c Diā. n. 24.

28 Septimo peccat mortaliter, qui dæmonem expresse, corde vel verbo inuocat, quo sibi sit auxilio, consilio, vel fauori, quia est tertia species superstitionis, de qua supra. c

d Cap. illud 26. q. 2. & supra eodem dicto nu. 23.

Octauo peccat mortaliter, qui dæmonē per modum obsecrationis adiurat, vt ab eo aliquid discat, vel auxilium ab eo accipiat. d Quāquam licitum sit dæmones adiurare per modū coactionis, obstringendo eos Ecclesiasticis exorcismis, vel quando sine inuocatione ipsi adsunt, vt solent in arreptitijs adesse: nam licet tunc eos interrogare, sine prece tamen, & sine aliquo societatis pacto ad aliquorum vtilitatem, secundum B. Antoninum. e Quin etiam colloqui cum ipsis dæmonibus corpora hominum obsidentibus, ob curiositatem, vel vanitatem tantum, non est plusquam veniale, erit nihilominus veniale, quoniam nullo pacto illis coūti licet, nisi tanquam inimicis. f

e 2. par. tit. 12 ca. 1. par. 2.

Nono peccat mortaliter, qui Necromantiam, vel aliquā aliam magicam artem discit, vel ea vititur, vel deliberato animo eam vult ediscere, vel ea vti, quoniam iuxta Richardū g non est sciētia, sed potius superstitio. h Quod si libros huiusce facultatis habet, & nolit eos comburere, non est absoluendus secundum Angel. i nam tertia species est superstitionis, de qua supra. k

f Caiet. verb. interrogatio primi pracepti.
g In 2. l. sen. dict. 17.
h l. culpa, C. de malef. & mar.
i Verb. curiositas parag. 1.
k Exod. n. 24.
l Arg. c. illud 26. q. 2.
m Leui. 20.

Decimo peccat mortaliter, qui vult dæmonis opera, vel alijs illicitis modis thesaurum inuestigare, l vel si consulit, aut consuli suadet maleficos, aut eos in domum suam accersit causa percontandi aliquid contra illud: m Anima que declinauerit ad magos, & ariolos, &c. n Vel veneficia aliqua composuit, vt incantationibus aut inuocationibus dæmonum tacitis vel expressis noceret alicui. o Maleficos non patieris viuere. p

n Et l. nemo C. de malef. & mar.
o Exod. 12.
p l. multri, C. de malef. & mar.

29 Vndecimo peccat mortaliter, qui aliquod maleficium, aut incantationē alio maleficio, aut incantatione dissoluit, aut precatur alium, vt dissoluat, quāuis ille esset ad id agendū paratus,

K 2

secundum

q. 4. d. 34.
q. 1. art. 3.
r. Ibidem q. 2.
f. Verb. male-
ficium, qu. 9.
arg. f. nullus
& l. nemo C.
de malef. &
mat. & c. non
obseruatis,
26. q. 7.
c. Verb. su-
perflitio, pa-
rag. 3.
u. Arg. cap. 1.
ad Rom. & c.
notum 2. q. 1.
2. Cap. mouet
22. qu. 1.
a. 11. qu. 3.
b. In 4. l. fen.
di. 35. q. 2.

c. Deut. c. 17.
d. Di. l. no-
mo, C. de ma-
lefic. & mat.

e. S. Th. 2. 2. q.
96. ar. 4. ad 2.

f. Di. 9. 96.
ars. 2.
g. 2. par. tit.
12. ca. 1.
h. In 1. 2. fen.
di. 7.

i. Cap. 2. de
non oper.
nun.
k. Ang. verb.
interrogatio
primi praece-
pti.

l. Anton. par. 2
tit. 12. esp. 1.
parag. 12.

secundum S. Thomā, q & Ioan. Maiorem r communiter recep-
tos. Id quod etiam Syluester s comprobat, quidquid dicat An-
gelus: t nunquā enim est licitum alium ad peccandū inducere,
quamuis ille sit ad id paratus, quia non licet consentire peccā-
ti, u quamuis liceat alieno peccato uti dummodo res ipsa, quae
petitur, non sit peccatum. x Quod latius tradidimus in Repet.
ca. inter verba. u At qui fas est maleficium licitis modis dissolue-
re, puta exorcismis approbatis, aqua benedicta, sanctorum pre-
cibus, vera poenitentia, deuota Eucharistia perceptione, secu-
dum omnium doctorum sententiam, praecipue Ioan. Maioris, b
& etiam sine vlla inuocatione soluendo vinculum capillorum,
vel aliarum rerum, quibus incantatio continetur.

30 *Duodecimo* peccat mortaliter, qui interrogat, vel vult inter-
rogare diuinos siue diuinatores circa aliquid furtū, vel quid-
piam aliud secretum, vel id ipsum sortibus, aleis, chartis, libris,
cribro, astrolabio tentat aliquid cognoscere, c aduersus illud:
Non inueniatur in te, qui Pythones, ac diuinos consulat. d

Decimotertio peccat mortaliter, qui adhibuit incantationes ad
animalia seruanda, vel inuenienda, &c. vtendo verbis sacris,
aut profanis, vel aliqua alia vna obseruatione. e

31 *Decimoquarto*, qui credit effectum illum, qui ex operibus
magorum, diuinantium, & incantatorum procedit, etiamsi ad
sanitatem perueniatur, virtute verborum, vel rerum, quas ap-
plicat, efficit, cum huiusmodi res iuxta naturam suam ad simi-
lem effectum producendum tali virtute careant, quoniā talem
effectum demon efficit per alias causas naturales, quas ad id
ob pactū expresse, vel tacite cum incantatore conuentum appli-
cat, secundum S. Th. f & S. Antoninum, g & reliquos omnes. h

Decimoquinto, qui aliquem peregrinum, quem Hispani Git-
tanum, Itali vero Cingatum, & Galli Aegyptium vulgo vocant,
de fortuna sua percontatur, animo credendi id quod ille res-
ponderit, quamuis si ex curiositate, vel ridendi gratia id face-
ret, non esset lethalis culpa, nisi persona talis esset conditio-
nis, vt ex illa interrogatione alij grauius offenderentur, tunc
enim ratione scandali grauius peccatum esset. i

32 *Decimosexto* peccat mortaliter, qui alicui philtum, siue
poculum amatorium propinat, vt ab ipso ametur. k

Decimosextimo, qui rebus sacris & Ecclesiasticis aliquā incan-
tationē, aut maleficiū facit, aut fieri procurat, veluti aqua bap-
tismali, oleo sancto, ara cōsecrata, verbis cōsecrationis, &c. vel
aliquid horū secum ob malum finem gestat. l Cui casui in plu-
rimis dicecesibus excommunicatio synodalis annexa esse solet.

Decimooctauo, qui ob sanitatem alicui restituendam aliquid
applicat, quod nulla virtute pollebat ad sanandum, veluti cin-
gulum metiri, vimen findere, aperire arborem, vrinam supra
certam herbam emittere, lienis morbos secare, nisi propter
ignorantiam excusetur.

Decimo-

Decimonono p-
lum propter ip-
vel expressa re-
sōs Sanctos in

Item qui fingit
torum, vel ab
ter credi possit
& volendum t

Itē qui fingit,
gini matri, Sāc
Prēlatis Eccles

33 *Vigesimo* pe-
credit, ob id n-
sam, aut tacita-
in somnium cre-
test, veluti se n-
inueniet, vel se

Quamuis cred-
stimat esse reu-
turale sufficien-
peccatum, iuxta

Vigesimoprimum
uit, omittit fa-
operatur aliqu-
le, solum veni-

34 *Vigesimosecundo*
tuit in deferen-
propter ea for-
vel repentina n-

periret, vel qu-
ra, quoniā hui-
natione diuin-

ctus producen-
Quocirca talia
mortaliter, qu-

fulunt, vt alij
ignorantes &

35 *Vigesimotercio*
coniuratione
tuor cōdition-

& intellecta,
aliquo viro sa-
character, aut
neatur. *Tertio*
tionē demon-
in modo scrib-
na, vt vocent

Decimonono peccat mortaliter, qui sanctorum imagines solum propter ipsasmet adorat, sine vlla in ipsos sanctos tacita vel expressa relatione, & sine respectu, quod representent ipsos sanctos in caelo degentes, aut ipsum Deum. *a*

Item qui fingit, parat, aut habet fictas aliquas imagines sanctorum, vel alias ita nudas, lasciuas, & inhonestas, vt probabiliter credi possit, motum iri aliquos per eas ad concipiendum, & volendum turpia, vt supra *b* diximus.

Itē qui fingit, parat aut habet imagines aliquas probrofas virgini matri, Sāctis, sūmo Pōtifici, Cardinalib⁹, Episcopis, alijsue Prēlatis Ecclesiast. aut iniurias Orthodoxę Catholicęque fidei.

33 Vigesimo peccat mortaliter, qui aliquid futurum, vel arcanū credit, ob id maxime, quia aliquid somniauit propter expressam, aut tacitam dæmonis inuocationē, videlicet, quia propter in somnium credidit illud, ad quod vis somnij extendi non potest; veluti se nunquam fore interficiendum, vel quod thesaurū inueniet, vel scire quam sit vxorem ducturus, secundū S. Tho. *c*

Quamuis credere aliquid, quod in somnijs accepit, dum existimat esse reuelationem diuinam vel causam, aut signum naturale sufficiens ad significandum quod portendit, non est peccatum, iuxta eundem S. Thomam, *d* & Caietanum. *e*

Vigesimo primo peccat mortaliter, qui propter ea, quę somniauit, omittit facere aliquid ad salutem animæ necessarium, vel operatur aliquid eiusdem saluti contrarium, licet, si non est tale, solum venialiter peccet. *f*

34 Vigesimo secundo peccat mortaliter, qui certam spem constituit in deferendis aliquot nominibus scriptis, firmiter credens propter ea fore, vt nunquam in bello vulneraretur, feriretur, vel repentina morte raperetur, aut quod neq; aqua, neq; igne periret, vel quod erga principes omnia sint illi prospere cessura, quoniā huiusmodi nomina neq; virtute naturali, neq; ordinatione diuina, vel Ecclesiastica vllā vim habent ad tales effectus producendos, & consequenter vana est eorū observatio. *g*

Quocirca talia breuiā vel nomina sunt reprobata, & peccant mortaliter, qui ea confingunt, vel qui illis vtuntur, vel qui consulunt, vt alij eisdem vtantur, iuxta B. Antoninum, *h* nisi adeo ignorantes & rudes fuerint, vt eos ignorantia excuset.

35 Vigesimo tertio peccat, qui breuiā aliqua (vt vulgo vocāt) vel coniurationes, vel nomina collo appensa gestant, nisi hæ quatuor cōditiones cōcurrāt. *Prima* est, quod sint nomina cognita, & intellecta, & sācta, veluti ex Euāgelio & Scriptura sacra, aut aliquo viro sancto desumpta. *Secunda*, quod in eis nullus alius character, aut signū, præter Christi crucē, aut aliud sacrum cōtineatur. *Tertia*, quod in eis nihil sit falsi, aut vani, aut ad inuocationē dæmonum pertinens. *Quarta*, quod nullā cōstituat spem in modo scribendi, vel ligandi, neque in eo quod in membrana, vt vocent virgine, aut cum sol oritur, vel quando legitur

K 3.

Euange-

a De consec.
di. 3. ca. prę-
latum, & ca.
venerabiles.

b Num. 25.

c 2. 2. qu. 95.
ar. 6. Deut. 18
c. sciendum
26. q. 4.

d In d. ar. 9.
e In summa
verb. som-
niorum ob-
seruatio.

f Vt Caiet.
ibid. tradit.

g Per diā
supra nu. 25.

h 2. par. tit. 11
c. 1. par. 12.

Euangelium, conscribantur, vel quod debeant tot sigillis ligari, & à puella virgine, aut quod à nemine videatur, & alia similia, quæ neque ad laudem Dei, neque ad alium effectum naturalem vel institutum deseruiunt, secundum S. Antoninum, *a* & Martinum ab Arles, conterraneum nostrum, *b* & satis colligitur ex S. Thoma. *c*

Vigesimoquarto, qui facit, aut defert aliquos versus scriptos in die Ascensionis, credens minorem virtutem habituros, si ante Euangelium decantatum, vel post sacra peracta, vel in alio die, in quo talia verba Euangelij in eiusmodi schedulis contenta decantari non solent, fuissent descripti. *d*

Vigesimoquinto, qui defert aliquas reliquias superstitiosa quadam, & vana obseruatione ductus, veluti, si vas, vbi sunt gestadæ, sit trigonū, vel rotundum, & c. quæ nimirū & alia huiusmodi ad diuinum cultum nihil attinent, *e* neq; ad alium effectum naturalem, vel aliud institutum deseruiunt. Veruntamē religiosum est cum decenti veneratione reliquias portare, absque aliarum vanitatum interpositione, iuxta eundem S. Thom. *f*

36 Vigesimosexto, qui in die B. Ioannis Baptistæ herbas colligit, credens in tali die collectas maiori virtute pollere, quā si in alio die, vel post ortum solis colligerentur, vel die S. Petri, vel alterius sancti iumentis venā pertundit, id vtilius fore credens: nam id illicitum est, iuxta Martinum de Arles, *g* quoniā quāuis peccatum non sit herbam medicinalem colligere simul cū oratione dominica, vel symbolo, si ex deuotione fiat, & absq; superstitione, vel etiam eadem herba vti, *h* attamen si aliqua vanitatis species inseritur, peccati rationē habet, licet aliquando propter ignorantiam aut simplicitatem, lethale non sit. *i*

Quibus addo, quod mulieres quibusdam signis & benedictionibus sine superstitione & vanitate, licitis orationibus & exorcismis vtentes, verbi gratia, obtestantes per passionem Christi, & alia huiusmodi, non peccant mortaliter. Veruntamē horum vsus debet illis merito interdici, quoniam sæpissime multa vana & superstitiosa intermiscunt, nisi alias sint personæ honestæ, & prudentes, de quarum vita bonā habeatur in populo existimatio, nisi ex hoc aliæ simplices personæ ansam arriperent, ad quippiam simile faciendum: si enim ea illis præberetur occasio, deberent huiusmodi personæ honestæ ab his protinus abstinere, iuxta verbum Apost. *a* *Ab omni specie mali* (alias mala) *abstinetes vos*, *b* Porro illi, qui vulgo *Salutatores* vocantur (quæ antumcunque alias sint perditissimi homines) licite possunt suo munere perfungi, quoniam gratia illa gratis data, huiusmodi hominibus à Deo solo conceditur in vtilitatem aliorum. *c*

37 Vigesimosextimo peccat mortaliter, qui eo quod audit aues garrere, vlulare lupos mugire boues, & rugire leones, & alia animalia, &c. vel quia obuiauit lepori, aut mulieri grauidæ, certo credit sibi mali quidquam imminere. *d*

Vigesimo

a 2. par. tit. 12.
e 1. parag. 13.
c non liceat
29. qu. 5.
b De superstitionibus
2. 4. vol. de c. c.
Tract.
e 2. 2. qu. 96.
art. 4.

d Rossel. ver.
fortilegium
parag. 3.

e S. Th. 2. 2. q.
96. ar. 4.

f Vbi supra.

g In dicto
tract. de superstitionibus,
nu. 2.
h Arg. c. non
liceat 20. q. 9.

i Per dicta
supra nu. 24.
& seq.

a 1. ad Thes.
sal. 5.
b C. cum ab
omni, de vit.
& honest.
cler. vi. sent.
B. Antonin.
2. par. tit. 12.
ca. 1. parag. 12.
c Margarita
confess.
d Cap. illos,
26. q. 2. & seq.

Vigesimo octo
vel constellat

phyfionomia
38 Vigesimo
ad excedum

à somno ter
quod domo

vel quia fin
in lectum re
plurimum vo
cionatoribus

nem autem,
Trigesimo
vocant, que
bus sapienti

Trigesimo
mones alique
humores cor
riem reduca

Trigesimo
veneficas. ve
(vt illi existit

demō alique
non est pecc

perum est i
& probatur

Trigesimo
eas, demō v
esset vel alio

lectionē Ecce
neorū delect

partitione
submittend

illicitum. V
Monachi, e

Ecclesie, &
Ecclesia de

39 Trigesimo
duellū, vel

testi numer
casibus ex
gnatus, vid
sū. *Secund*
dum preui
nisi duellu
quatur: qu
tur, copiam

Vigesimo octavo, qui certo credit aliquem, quia sub tali sidere vel constellatione natus fuerit, vel propter complexionem, aut phyfionomiam, cogi ad bene vel male operandum. *e*

e Cap. IIIud
26. qu. 2.

38 *Vigesimonono*, qui obseruat illum diem potius, quam illum ad excedum domo, vel ad iter agendum, vel quo pede statim à somno terrā contingat, vel quem pedem primū calceet: vel quod domo egrediens in limine impingat, & ob id retrocedit: vel quia simulatq; excitatur à sōno, statim sternutauit, & ob id in lectum reuertitur: qui has & similes vanitates obseruant, vt plurimum venialiter peccant, antequam à suis curatis, vel concionatoribus, vel confessarijs admoneantur. Post admonitionem autem, sicut mortalia crimina iudicantur.

Trigesimo, qui discit vel vult discere artem quam notoriam vocant, quæ certis ieiunijs, & varijs quibuidam obseruationibus sapientiam infusam pollicetur. S. Thom. g

f Secundum
S. Anton. 2.
part. tit. 12. de
citata sup.
eod. c. n. 24.
g 2. 2. q. 99.
art. 1.

Trigesimo primo, qui credit herbas, vel musicam contra dæmones aliquid posse: quamuis verum sit contra passiones & humores corporeos vim habere, quæ si ad quamdam temperiem reducantur, non adeo potest vexare dæmon. *h*

h Ange. ver.
superstitio,
parag. 6.

Trigesimo secundo peccat mortaliter, qui credit veneficos, aut veneficas, vel friges corporaliter per aëria vehi ad diuersa loca (vt illi existimāt.) *a* Quāuis credere, quod aliquādo, licet raro, dæmō aliquos de loco in locum Deo permittente transportet, non est peccatum, Caietanus, *b* & experientia iudicium competentum est in Germania, vti traditur in Malleo maleficarum, & probatur rationibus late deductis. *d*

a Ca. episcopi
26. qu. 5.

b 2. 2. qu. 95.
art. 3.
c 3. par. ca. 3.
d In 1. part. q.
1. ciuid. libr.

Trigesimo tertio, qui vult sortes experiri, aut expertus est, vt per eas, dæmō, vel celi cōstellatio ipsū admoneret, quid factū opus esset, vel aliquid arcani, aut futuri reuelaret, vel sortes iacit ad electionē Ecclesiastici beneficij, nullo prius facto bonorū & idoneorū delectū, S. Tho. *e* quamuis sortes mittere ad rei alicuius partitionem, vel ad capiendum cōsilium ingruere necessitate, submitiendo se fortunæ, quatenus diuina prouidētia est, nō est illicitum. Verbi gratia tēpore pestis aut belli quādam clerici, aut Monachi, etiā cum periculo vitæ remansuri sint ad ministeriū Ecclesiæ, & quādam discessuri, ne omnes periclitentur, neque Ecclesia deserta relinquatur, secundum eundem auctorem.

e 2. 2. q. 95. 37.
8. c. 1. 2. 3.
de sortileg.

39 *Trigesimo quarto* peccat mortaliter, qui alium prouocat ad duellū, vel prouocatus acceptat: quod inter sortiū species potest numerari, secundū vtrumq; Thomam, f duobus dumtaxat casibus exceptis. *Primus* est, quādo Rex quispiā iniuste impugnat, videt se viribus inferiorē alio ad descendendū in præliū. *Secundus* est, quando aliquis falso accusatus, se interimendum prouidet, vel iniuste sibi membrum aliquod amputandū, nisi duellū acceptauerit. g quāuis Lyramus *h* laxius de hoc loquitur: quod idē est dicendū de eo, qui vult, consulit, delectatur, copiamue ad id peragendū alijs concedit. *i* Et quamuis ex

f 2. 2. qu. 95.
ar. 6. c. 1. de
purg. vulg. c.
mononachia
2. qu. 2.
g secundum
Caiet. ibid.
h 1. Reg. 17.
i Vt in addi.
& quando de
consec. dist. 2
diximus.

Secundum
eundem.
Caiet. vbi
supra.
I. Sess. 25. c. 19

urgente aliqua causa rex ipse tolerare possit, nullatenus tamen id concedere valet. *k* Nunc autem sacrosanctum Conc. Trid. l. excommunicat eos, qui in terris suis permittunt duellum, siue singulare certamen aliquod, quamuis sit Imperator, & priuat iurisdictione territorij, in quo id permittit, si illud obtinet ab Ecclesia, & etiam dominio directo, si est feudum: & facientes, & eos, quos vocant patrilinos, excommunicat, notat infamia, bonis priuat, & reputat homicidas, & morientem in eo priuat sacra sepultura, & eum qui consuluerit, aut spectauerit illud, excommunicat.

Trigesimo quinto peccat mortaliter, qui sumit, vel cogit, aut vult sumere, vel cogere ad sumendum feruentem aquam, ferrum candens, vel prunas ignitas, vel in fornacem ardentem ingredi, vel quid aliud simile tentat, vt a suspitione criminis, quod sibi imponitur, seipsum expurget. *m*

In Ca. fin. de
Purg. vulg. &
e. mennani &
ca. consu-
luisi, 2. q. 5.
Th. 2. 2. n. 95.
art. 8. ad 1.
a Arg. c. si de
in ur. S. Tho.
2. 2. q. 124.
art. 1. ad 3.

40 Trigesimo sexto peccat mortaliter, qui Deum tentat, se martyrio temere offerens, ipsosq; infideles irritans, & occasionem illis suggerens ad eum occidendum sine aliqua causa, quae vi praecipit, aut consilij ad id ipsum obliget, & dirigat. *a* Est autem martyrium in praecipito, primo, quantum ad animi preparationem: tenemur enim potius velle mori, quam fidem deserere, aut peccare mortaliter, secundum S. Thomam communiter receptum.

In quolib.
4. art. 30.

b Deinde quantum ad effectum, id est, ad ipsum actualiter perferendum, quando subire ipsum est necessarium ad fidem, aut bonitatem multorum conservandam, vel ad vitandas blasphemias. Est autem solum in consilio, quando ex eo nihil amplius, quam Dei gloria, vel fidei exaltatio consequitur, secundum mentem eiusdem doctoris. *c* Neque ad perferendum martyrium est necessaria perfecta charitas, quamuis huiusmodi charitas exigatur, quo cum voluptate, & gaudio toleretur, secundum eundem S. Thomam, *d* quoniam etiam in statu peccati mortalis potest subiri, iuxta Apost. *e*

e 2. 2. q. 124.
art. 3. ad 1.

d In d. quol.
4. art. 19.
e 1. Cor. 13.
& S. Tho. sen-
tentiam in d.
quolib.

Trigesimo septimo peccat mortaliter, qui Deum tentat dicendo aliquid, aut faciendo intentione expressa experiendi diuinam potentiam, sapientiam, vel pietatem, vel tacite faciendo aliquid, quod tantum ad hanc experientiam faciendam conducit. Verbi gratia, concionari nulla praegua meditatione (cum ea posset adhibere) secum reputans per interiorem inspirationem a Deo sibi necessaria subsidia praestitum iri, secundum Ludolphum. *f*

1. par. vita
Christi c. 32.

41 Trigesimo octavo peccat mortaliter, qui se probabili periculo mortis, aut mutilationis obiecit sine necessitate, aut utilitate, veluti egrotus, qui respuens humanum remedium, quod facile haberi potest, soli se diuinae providentiae committit. *g* Quamuis nolle vt medicina tempore martyrij, vel alio propter commodum spirituale, puta propter carnem domandam, passionesq; effervescentes comprimendas, vel vt melius Christi passionem sentiret, perferendo vulneca, vel cauteria, morbum iliacum, aliasq; huiusmodi corporum egritudines, quae mortis periculum secum

S. Tho. 2. 2.
97. art. 1.

non

non afferunt, nec recte docuit Ca

42 *Trigesimo* diuinitatis coel Mercurium, Vc homines illos i Jouem, & id g Lunonem, & id celebrant, & st

Quadragesimo bulas gentiliu quod discipuli reue aliquam d licam, vt scilice puros, & vitijs inferno cruciat tur eorum erro care. *a* In quo, plurimos nunc quenter mone

Quadragesimo aliquo ex illis n

De secur

- 1 *Praeceptum se*
- 2 *Iurare quid f*
- 3 *Iuramentum*
- 4 *Iurare numq*
- 5 *Iurare per cr*
- 6 *Iurans falsa*
- 8 *Iurare secun*
cat. num
- 10 *Iuramentum*
- 11 *Iuramentum*
animo ad
nume. 15
de re van
- 18 *Iuramentum*
secundum
- 20 *Peccat qu*
num. 21.
- 22 *Iuramentum*

non afferunt, nullum esset peccatum, sed potius meritum, vt recte docuit Caeteranus *b*

42 *Trigesimonono* peccat mortaliter, qui credit habere aliquid diuinitatis cœli planetas, Saturnum, Iouem, Martem, Solem, Mercurium, Venerem, & Lunam. Qui item credit, cœlicolas homines illos idololatrias & facinorosos, Herculem, Bacchum, Iouem, & id genus alios, vel fœminas inhonestas, vt Venerem, Iunonem, & id genus alias, quos, & quas gentiles suis in libris celebrant, & stolidissime extollunt.

Quadragesimo peccant magistri, qui prælegentes libros & fabulas gentilium poetarū, & aduertentes, vel aduertere debentes quod discipuli incipiunt credere, illos, vel illas habuisse, habere aliquam diuinitatem, non monent eos veritatem Catholicam, vt scilicet firmiter sibi persuadeant, illos fuisse homines puros, & vitijs magis quam virtutibus deditos, cruciarique iam inferno, cruciatumq; iri eternum: quia nisi hoc fecerint, videntur eorum errori consentire, & quos possunt ab eo non reuocare. *a* In quo, vt scio magistros meos olim peccasse, ita credo plurimos nunc quoque peccare, quos à concionatoribus frequenter moneri è re Christiana arbitror.

Quadragesimoprimo peccat mortaliter, qui cōsentit supradictis aliquo ex illis nouem modis, *b* relatis.

h In dīctō art. 1.

a Contra c. 1 Pauli ad Romanos, & c. 1 de offic. delegat. & canonū, 2 q. 1. & c. qui potest. & multa alia. 23. q. 3. *b* Eod. cap. num. 16.

De secundo præcepto Decalogi, de non assumendo nomen Dei in vanum.

CAPVT XII.

- 1 *Præceptum secundum Decalogi quid per nomē Dei comprehendat.*
- 2 *Iurare quid sit. Et est actus latriæ & religionis, num. 2.*
- 3 *Iuramentum sine tribus comitibus peccatum, & est duplex.*
- 4 *Iurare numquam licere dicens, est hæreticus.*
- 5 *Iurare per creaturas quando blasphemia.*
- 6 *Iurans falsa vt peccat, & seq.*
- 7 *Iurare secundam suam intentionem, & non illius, cui iuratur, vt peccat, num. 9.*
- 8 *Iuramentum rei parue an obliget ad mortale.*
- 9 *Iuramentum conditionale quod ligat, nu. 20. & quod factum sine animo adimplendi, num. 13. & quod factum contra consilia, nume. 15 & 16. & quod dolosum num. 13. 14. & quod factum de re vana, num. 17.*
- 10 *Iuramentum de redeundo in carcerem quod ligat, & quando factum secundum intentionem remotam eius, cui iuratur, numer. 19.*
- 11 *Peccat qui talem ad iurandum inducit, & qui sic famules, num. 21.*
- 12 *Iuramentum de secreto seruando quando ligat, & nu. 23.*